περὶ τῆς Πατρίδος, *scil.* περὶ Ἡρακλείας, De Heraclea, XII. 536. a. *n. ex* libro 6. XII. 549. a. *ex* libro 2. XIV. 619. e. f. *ex* lib. 1.

NYMPHODORUS Syracusius, θαυματοποιὸς, I. 19. f. *n. Conf. Voss. De Hist. Gr. lib. III. p.* 394.

τῆς Ἀσίας παράπλους, Asiae praeternavigatio, VI. 265. c. *n.* (*quemadmodum & Androsthenis laudatur* τῆς Ἰνδικῆς παράπλους.) *Sed* τῆς Ἀσίας περίπλους, *rectius puto, nominatur* VII. 321. f. & XIII. 609. c. *Citantur generali titulo,*

Περίπλοι, Circumnavigationes, VIII. 331. e. *ubi de Peloro Siciliae fluvio.*

περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων, De iis quae in Sicilia admiranda sunt, XIII. 588. f.

O.

(OENOPIDES Chius, *citatur in fragm. de Nili Increm.* lib. II. cap. 90. *nostrae edit.*)

OLYMPIAS, mater Alexandri.

Ἐπιστολὴ πρὸς Ἀλέξανδρον, Epiſtola ad Alexandrum, XIV. 659. f.

OPHELION, poëta comicus, II. 66. d. & f. *Dramata:*
Ἰάλεμος, Ialemus, III. 106. a.
Κάλλαισχρος, Callaeſchrus, III. 106. a.

OPPIANUS Cilix, vixit paulo ante Athenaeum, I. 13. b. *n.*
Ἁλιευτικὰ, DE Arte piſcatoria, I. 13. b. c.

ORPHEUS. *Eius ſcriptum neſcio quod commemorat Alexis in fabula Lino*, IV. 164. c.

P.

(Palamedes, *unus e Deipnoſophiſtis. Vide Animad. Tom. I. pag.* 24. *ſq.*)

PAMPHILUS Alexandrinus, III. 89. d. VIII. 360. b. *grammaticus, Ariſtarchi diſcipulus.* (*Conf. Needham Proleg. ad Geopon. p.* 63 *ſq.*) *Tacito operis titulo citatur*, II. 52. f. III. 82. d. (*ex* lib. περὶ Γλωσσῶν καὶ Ὀνομ. *coll.* XIV. 650. d. e.) IV. 171. b. VII. 315. a. 326. e. XI. 783. a. 471. c. 475. d. 478. c. 479. a. 487. c. *bis.* 494. f. 495. a. 496. a. 502. b. XIII. 572. e. XIV. 645. c. 653. b. XV. 678. a. *Scripta laudantur:*
Ἀττικαὶ λέξεις, Atticae dictiones, XI. 494. f.
Γλῶσσαι, Gloſſae, II. 53. b. 69. d. III. 85. c. XI. 470. d. *De* Pamphili Gloſſis *vide Valckenaer ad Theocrit. pag.* 293 *ſqq.*
περὶ Γλωσσῶν καὶ Ὀνομάτων, DE Gloſſis & Vocabulis, (*neſcio an idem liber cum ſuperiore.*) XIV. 650. e. *n.*
περὶ Ὀνομάτων καὶ Γλωσσῶν, IX. 387. d.
περὶ Ὀνομάτων, DE Vocabulis, III. 89. d. 121. b. VIII. 360. b. XI. 472. e. XV. 677. b. *quo loco Dalecampius, vocabulum* πλοκῆς *cum ſuperioribus iungens, citari putavit* Pamphili *librum aliquem ſic inſcriptum*, περὶ Ὀνομάτων πλοκῆς, *i. e.* (*ut ipſe interpretabatur*) DE Nominum plexu. *At, vocab.* πλοκῆς *ad* στεφάνων *eſſe referendum, liquido patet ex pag.* 678. d.

Ex Pamphili *auctoritate ſaepius citantur ab Athenaeo aliorum Grammaticorum teſtimonia. Sic ex* Pamphilo *citantur* Ariſtophanis Gloſſae Laconicae, III. 77. a. Hypponactis Gloſſae, II. 69. d. Heraclitus (*ſive* Heracleon) *Grammaticus, &* Diodori Gloſſae Italicae,

XI. 479. a. *Rurſus* Apion & Diodorus, XIV. 642. e. Theodori Attica vocabula, XV. 677. b.

PANAETIUS Rhodius, *philoſophus*, (*de quo conf. Ind. Rer. & Perſ.*) XIII. 556. b. *n. ubi* negat bigamum fuiſſe Socratem. Ariſtarchum *Grammaticum μάντιν adpellat*, XIV. 634. e.

PANCRATES Alexandrinus, poëta, Adriani Imp. aetate, carmen *confecit* in honorem Adriani & Antinoi, XV. 677. d.-f.

PANCRATES (*perperam olim* Pancratius, I. 13. b. *ubi vide Animadv. Tom. I. pag.* 116. *& pag.* 493.) *ſcripſit*

Ἁλιευτικὰ, DE Piſcatione, carmen epicum, *Epit. libri* I. 13. b. *Sed proprius poëmatis titulus fuiſſe videtur is, quem exhibet plenius Athenaei opus,*

Θαλάσσια ἔργα, Opera Marina, VII. 283. a. c. 305. c. 321. e. f. *Eiusdem carmen fuit elegiacum,*

Κογχορηὶς, Conchoreis, *cuius* liber α'. *citatur* XI. 478. a.

PANYASIS, *vetus poëta epicus*, Steſichoro quidem & Ibyco poſterior, IV. 172. d. *Conf. Heyne ad Apollod. pag.* 991 *ſq. Tacito ſcripti titulo citatur* II. 36. d. *ubi eſt ecloga, quae deerat ſuperioribus Athenaei editionibus. Tum rurſus* II. 36. f. *&* 37. a. *&* b. *Nominatim vero laudatur eiusdem*

Ἡράκλεια, Heraclea, *ſ.* DE rebus Herculis, *carmen epicum pluribus libris comprehenſum.* XI. 469. d. *ex* lib. 1. XI. 498. c. *ex* lib. 3.

PARMENIO, *copiarum dux Alexandri.*

Πρὸς Ἀλέξανδρον Ἐπιστολαὶ, Epiſtolae ad Alexandrum, XI. 781. f. (*pag.* 213. *noſtrae edit.*) XIII. 607. f.

PARMENISCUS. (*An Grammaticus ille & Criticus, cuius libri* πρὸς Κράτητα *citantur in Schol. Ven. ad Iliad. β'.* 513. *& ab Etymologo? de quo vid. Fabric. & Harl. Bibl. Gr. Tom. I. pag.* 518. *& Tom. VI. pag.* 375. *An Pythagoreus ille Metapontinus, Athenaeo memoratus* XIV. 614. a. b. *de quo Laërt. IX.* 20. *ibique Menagius?*)

Κυνικῶν Συμπόσιον, Cynicorum convivium, IV. 156. c. *& ibid.* cap. 45. *tot.*

PARMENO Byzantius, *poëta.* V. 203. d. 221. a.

Ἴαμβοι, Iambi, III. 75. f. *ubi* σῦκα, *non* δύκα *ſcriptum oportuit: ſunt enim ſcazontes iambi.*

PARMENO Rhodius.

Μαγειρικὴ διδασκαλία, Coquinariae artis praecepta, VII. 308. f.

PARMENO *nude nominatur auctor libri*

Περὶ Διαλέκτων, DE Dialectis, XI. 500. b. *quem librum ad* Parmenonem Rhodium *cum Dalec. retulit Fabricius Tom. IV. Bibl. Gr. pag.* 538. *In Schol. Ven. ad Iliad. α'.* 591. *citatur* Παρμενίων ὁ Γλωσσογράφος, *ubi videndum ne* Παρμένων *ſcriptum oportuerit.*

PARTHENIUS, τοῦ Διονυσίου, Dionyſii diſcipulus, XI. 501. a. *n.* XI. 783. b. (*pag.* 220. *noſtrae edit.*)

Περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἱστορικοῖς Λέξεων ζητουμένων, DE Vocabulis de quibus apud Hiſtoricos quaeritur, XI. 467. c. *n. ex* lib. 1. XV. 680. d. e. *rurſus ex* lib. 1.

PAXAMUS, *ſcriptor* DE re Coquinaria, IX. 376. d. *n. Titulum libri fuiſſe* Ὀψαρτυτικὰ κατὰ στοιχεῖον, *Suidas docet in* Πάξαμος. *Conf. Needham Prolegom. ad Geopon. pag.* 65 *ſq. ed. Niclas.*

PERIANDER Corinthius, poëta elegiacus, XIV. 632. d.

PERSAEUS Cittienſis, Stoicus philoſophus: *conf. Ind. Rer. & Perſ.*

Λακωνικὴ πολιτεία, Lacedaemoniorum Respublica, IV. 140. b. *n.* & e.

Συμποτικοὶ διάλογοι, Dialogi convivales, IV. 162. e. *n.* XIII. 607. a. b. *ubi* Συμποτικὰ ὑπομνήματα, Commentarii convivales.

PHAEDIMUS, Biſanthenus, *ex Biſanthe Thraciae Macedonicae oppido, teſte Stephano Byz. in* Βισάνθη, *qui* Ἐλεγείων ποιητὴν *vocat. In Epigrammaticis memorat Meleager, in Introitu Anthologiae: & ſuperſunt eius Epigrammata nonnulla, in Analectis Brunckii, Tom. I. p.* 261 *ſq. Apud Athenaeum memoratur eiusdem carmen epicum,*

Ἡράκλεια, Heraclea, *ſ.* DE Rebus Herculis poëma, *cuius citatur* liber primus, XI. 498. e.

PHAENIAS. *vide* PHANIAS.

PHAETUS, Φαῖτος: *unus ex iis qui ſcripſere* Πλακουντοποιϊκὰ συγγράμματα, *libros* DE conficiendis Placentis, XIV. 643. e. f.

PHALAECUS. (*Analecta Brunckii, Tom. I. pag.* 421 *ſq. & Tom. II. pag.* 625.)

Ἐπιγράμματα, Epigrammata, X. 440. d.

PHANIAS *vel* PHAENIAS, Ereſius, Ariſtotelis diſcipulus. *Vide Animadv. ad* I. 6. e. *Citatur porro, tacito operis titulo,* I. 16. e. 29. f. 31. f. II. 48. d. 51. e. 64. d. (*ubi eadem prorſus tradit quae Theophraſtus.*) 68. d. VI. 231. e. *quo ex loco titulum libri* Φιλιππικὰ *finxit Dalecampius, aut is qui illius Indicem confecit; qui titulus nonniſi ad Theopompum pertinebat. Quod autem ex* Phania *ibi de* Delphico templo *refertur, id ductum eſt ex libro* περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ τυράννων, *ut docet ipſe Athenaeus,* VI. 232. c. *Nominatim citantur ſcripta haec:*

περὶ Ποιητῶν δεύτερος, DE Poëtis liber ſecundus, VIII. 352. c.

Πρυτάνων Ἐρεσίων δεύτερος, Prytanum Ereſiorum liber ſecundus, VIII. 333. a.

περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ Τυράννων, DE Siciliae Tyrannis, VI. 232. c.

πρὸς τοὺς Σοφιστὰς, Adverſus Sophiſtas, XIV. 638. b. c.

Τυράννων ἀναίρεσις ἐκ τιμωρίας, Tyrannorum caedes ex vindicta, *ſive* Tyrannorum ſupplicia, III. 90. e. X. 438. b. c.

PHANOCRITUS.

Περὶ Εὐδόξου, DE Eudoxo *liber,* VII. 276. f.

PHANODEMUS. (*Voſſ. De Hiſt. Gr. lib. III. pag.* 399.) *Citatur* I. 20. a. IV. 168. a. X. 437. c. XI. 464. f. & 465. a.

Ἀτθὶς, Atthis, Res Atticae, III. 114. c. *ex* lib. 7. IX. 392. d. *ex* lib. 2. *Ex eodemque opere ducta videntur reliqua teſtimonia ſupra indicata.*

PHERECRATES, *veteris Comoediae poëta,* ὁ ἀττικώτατος, VI. 268. e. *Citatur* II. 55. b. 56. f. 67. c. XI. 464. f. XII. 535. b. (de Alcibiade.) XIV. 644. f. Fabulae:

Ἀγαθοὶ, Boni: *fabula* Pherecratis aut Strattidis, *immo vero utriusque.* VI. 248. c. X. 415. c. XV. 685. b. *Vide quos laudat Harles ad Fabric. Tom. II. pag.* 474.

Ἄγριοι, Agreſtes *Dalec. Rectius interpretaberis* Feri homines, *auctore Platone in Protagora, Tom. III. p.* 21. *ed. Bipont. quem locum reſpexit Athenaeus,* V. 218. d. *Sed conſulenda ipſa Platonis verba. Citatur iſta fabula,* IV. 171. d. V. 218. d. VI. 263. b. VII. 316. e.

Αὐτόμολοι, Transfugae, III. 90. a. 119. d. IX. 385. e. 396. c. XIV. 648. c.

Γρᾶες, Vetulae, VI. 246. f.

Γραφεῖς, Pictores, IX. 395. b.

Δουλοδιδάσκαλος, Magiſter ſervus *Dalec. Rectius H. Stephanus*, Servorum magiſter *vel* doctor, *quod praeſertim intelligitur ex* VI. 262. b. *Citatur porro*, III. 96. b. VII. 305. f. IX. 396. c. XI. 480. b. XV. pag. 562. *noſtrae edit.*

Ἐπιλήσμων, Oblivioſus, III. 111. b. VII. 308. f. Ἐπιλήσμων ἢ Θάλασσα, VIII. 365. a. (Thalaſſa, *meretricis nomen.*)

Θάλασσα. *vide proxime ante.*

Ἵπνος ἢ Παννυχὶς, Culina aut Pervigilium, XIII. 612. a. *n.*

Κοριαννὼ, Corianno, (*a meretricis nomine*, XIII. 567. e.) IV. 159. e. X. 430. e. XI. 479. b. 481. a. XIV. 653. a.

Κραπάταλλοι, Crapatalli, III. 75. b. *n.* III. 80. a. IX. 366. d. XI. 485. d. XIV. 645. e. XV. 700. c. *De hac fabula* CASAUBONUS *ad* III. 80. a. *haec monuit:* »Φερεκράτης ἐν Κραπατάλλοις. Pollux lib. VII. cap. XXX. »[152.] σῦκα δὲ τῶν διφόρων ἐν Κραπατάλοις Φερεκράτης. Melius Κραπατάλλοις. Sic corrige & lib. X. »cap. IX. [ſect. 45.] ubi editum Κραπαττάλοις. He»ſychio auctore, *fatui* nomen eſt, aut *nummi cuius»dam.* Sed & *minutos piſces quosdam* ita vocari idem »ſcribit: atque inde exiſtimavit Dalecampius nomen »inditum huic fabulae. Ex Polluce diverſam ſenten»tiam licet aſſerere. Sic ille libro IX. [ſect. 83.] Ὄνο»μα δέ τι νομίσματος. καὶ κραταπάλλους, εἴ τε παί»ζων, εἴ τε σπουδάζων, Φερεκράτης ὠνόμασεν ἐν τῷ »ὁμωνύμῳ δράματι. λέγει δὲ τὸν μὲν κρατάπαλλον εἶ»ναι ἐνάδρου [lege, ἐν ᾄδου] δραχμήν. ἔχει δ' αὐτὸς »ὀκτὼ εὐθείας· τὴν δ' εὐθείαν εἶναι τριώβολον, καὶ δύ»νασθαι ὀκτὼ κιδάβους.«

Λῆροι, Nugae, III. 95. d.

Μεταλλεῖς, Metallici, III. 96. a. VI. 268. e. – 269. c. *Dubitanter* ὁ πεποιηκὼς τοὺς εἰς αὐτὸν (τὸν Φερεκράτην) ἀναφερομένους Μεταλλεῖς, XV. 685. a.

Μυρμηκάνθρωποι, Formicihomines, VI. 229. a. VII. 287. a. VIII. 335. a.

Πέρσαι, Perſae, VI. 228. e. 269. c. *Sed alibi dubitanter*, Φερεκράτης ἢ ὁ πεποιηκὼς τοὺς Πέρσας, III. 78. d. XI.

502. a. (*mox vero rurſus ibidem, ſimpliciter,* Φερεκράτης ἐν Πέρσαις.) XV. 684. f. 685. a.

Πετάλη, Petala, VIII. 343. c. *n.* IX. 395. c. XV. 690. f.

Τυραννὶς, Tyrannis, XI. 460. c. 481. b.-d.

Παννυχὶς. *vide* Ἵπνος.

Χείρων, Chiron. *Dubitanter,* ὁ τὸν Χείρωνα πεποιηκὼς, εἴτε Φερεκράτης ἐστὶν, εἴτε Νικόμαχος ὁ ῥυθμικὸς, VIII. 364. a. Χείρων ὁ εἰς τὸν Φερεκράτην ἀναφερόμενος, IX. 368. a. b. XIV. 653. e. f. Φερεκρ. ἢ ὁ πεποιηκὼς τὸν Χείρωνα, IX. 388. f.

Ψευδηρακλῆς, Falſi-nominis Hercules, III. 122. e.

PHERECYDES, Lerius. *Vide Voſſ. lib. I. c.* 1. *p.* 8 *ſq.*

Ἱστορίαι, Hiſtoriae, XI. 470. c. *n. ex* lib. 3. XI. 474. f. *ex* lib. 2.

PHERENICUS, poëta epicus, Heracleota, III. 78. b.

PHILAENIS Leucadia, V. 220. f. *cui tribuebatur,*

Περὶ Ἀφροδισίων ἀκόλαστον σύγγραμμα, De Rebus Venereis laſcivum ſcriptum; quod quidem alii falſo ei ſuppoſitum contendebant, VIII. 335. b-e. X. 457. d.

PHILEMON Athenienſis, XI. 469. a. *Grammaticus.* (*De pluribus Grammaticis, quibus* Philemon *nomen fuit, vide Harleſ. ad Fabric. Tom. VI. pag.* 375 *ſq.*) *Nude citatur* I. 11. d. *Scripta laudantur:*

Ἀττικαὶ λέξεις, Atticae dictiones, III. 76. f. Ἀττικαὶ φωναὶ, (*neſcio an idem opus*) XI. 483. a.

Ἀττικὰ ὀνόματα ἢ γλῶσσαι, Attica vocabula ſive Gloſſae, XI. 468. e. ἐν τοῖς περὶ Ἀττικῶν Ὀνομάτων ἢ Γλωσσῶν, XI. 469. a. *Idem liber reſpicitur* XI. 473. b. *Brevius,* Φιλήμων ἐν τῷ περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων, XIV. 646. c. & 652. f.

Παντοδαπῶν Χρηστηρίων (βιβλίον) πρῶτον, *Liber primus* Omnis generis Supellectilium, *vel* Rerum cuiusque generis ad vitae uſum pertinentium, III. 114. d. *n.*

PHILEMON Comicus, (*genere Solenſis Cilix*) II. 52. e. XIII. 606. a. & XIII. 594. d. *quo de loco vide mox in fab.* Γλυκέρα. *Verſus eius citatur tacito auctoris nomine,* I. 33. f. *n. Eidem verſus nonnulli tribuuntur,* XIV. 659. b. *n. qui alibi* (IX. 382. b. c.) *ad Strattidem auctorem referuntur.* Fabulae Philemonis *citantur:*

Ἀγροῖκος, Ruſticus, III. 81. d.

Ἀδελφοὶ, Fratres, XIII. 569. d. *n.* (*ubi vulgo olim* Δελφοὶ, *corrupte.*)
Ἀνανεουμένη, Renovata, *Cleric. cum Dalec. Rectius fuerit*, Recordata. (*vide Ind. Graec.*) VI. 262. a. *Similis argumenti fuit Philippidis comoedia*, Ἀνανέωσις.
Ἀνδροφόνος, Homicida, XIV. 663. f.
Ἁρπαζόμενος, Raptus, XIV. 663. f. *n.*
Βαβυλώνιος, Babylonius, XIII. 595. c.
(Γλυκέρα, Glycera. *Fabula hoc titulo a* Philemone *edita significari videtur* XIII. 594. d. *ubi de* Glycera *meretrice loquens Athenaeus*, laudatam eam fuisse *ait* a Philemone διὰ τοῦ δράματος; *quod idem valere videtur ac* διὰ τοῦ ὁμωνύμου δράματος, in dramate quod ab illa denominatum est.)
Ζώμιον. *Vide in* Μετιών.
Θησαυρὸς, Thesaurus, IX. 385. e.
Ἰατρὸς, Medicus, VI. 231. a.
Κορινθία, Corinthia, III. 123. e.
Μετιὼν ἢ Ζώμιον, Ambiens aut Iusculum, IV. 133. a. *Nude*, Μετιὼν, VIII. 340. e.
Μοιχὸς, Moechus, IV. 175. d.
Νέαιρα, Neaera, XIII. 590. a.
Παρεισιὼν, Irrepens, IV. 170. f. *n.* Παριὼν, Adveniens, Accedens, XII. 516. f. *n.*
Πτωχὴ, Mendica, XIV. 664. d. Πτωχὴ ἢ Ῥοδία, XIV. 645. a. *n.*
Ῥοδία. *Vide modo, in* Πτωχή.
Σικελικὸς, Siculus, XIV. 658. a. b.
Στρατιώτης, Miles, VII. 288. c. – 289. a. *Videtur esse Iunioris* Philemonis: *de quo mox. Vide Animadv. ad p.* 288. c. & *ad p.* 291. c.
Συναποθνήσκοντες, Commorientes, VII. 307. e.
Φάσμα, Spectrum, XI. 481. d.
Χήρα, Vidua, XI. 497. f.
PHILEMON iunior, ὁ νεώτερος, VII. 291. e. *n. ubi quae exhibetur ecloga, ducta ea videtur ex fabulâ* Στρατιώτῃ, *paulo ante in superioris Philemonis fabulis memorata.*
PHILETAERUS Comicus, I. 21. c. Nicostratus aut Philetaerus, II. 65. d. *n.*
Ἄντυλλος, Antyllus. Νικόστρατος ἢ Φιλέταιρος ἐν Ἀντύλλῳ, III. 108. c. 118. e.
Ἀσκληπιὸς, Aesculapius, VIII. 342. b. XI. 487. a.

Ἀταλάντη, Atalanta, X. 416. f.
Κορινθιαστὴς, Corinthiaſta, XIII. 559. a. *n.*
Κυνηγὶς, Venatrix, VII. 280. c. XIII. 570. f. 572. d. 587. e.
Λαμπαδηφόροι, Lampades geſtantes, X. 418. c.
Οἰνοπίων, Oenopion, IV. 169. e. VII. 280. d.
Τηρεὺς, Tereus, III. 106. f. X. 430. d.
Φίλαυλος, Philaulus, Tibiarum ſtudioſus, XIV. 633. e.

PHILETAS Cous, *Grammaticus, Criticus & poëta, floruit Philippi & Alexandri & Ptolemaei primi aetate: multaque varii generis ſcripſit. Praeter Suïdam vide Fabric. & Harleſ. Bibl. Gr. T. I. p.* 518. *T. II. p.* 874. *T. IV. p.*490. *& T. VI. p.* 376. *Conf. Animadv. noſtr. ad* XIII. 598. f. *& Indicem noſtrum Rer. & Perſ. Graece* Φιλητᾶς *recte ſcribitur apud Suidam; minus recte* Φιλήτας *ſaepius apud Athenaeum, & prorſus male* Φιλίτας *vel* Φιλιτᾶς *plerumque in ms. A. Fragmenta eius collegit ediditque Car. Philippus Kayſer, Goettingae 1793. Citatur ab Athenaeo, tacito ſcripti titulo,* II. 71. a. *ubi adponitur illius diſtichon.* VII. 327. c. *ubi ſenarius. Tum* XI. 783. a. *&* d. (*p.* 218. *&* 221. *noſtrae edit.*) *&* XV. 678. a. *quae loca ſunt ex* Ἀτάκτοις *vel* Gloſſis. *Eodemque forſan pertinet* Epit. II. 43. f. *ut hoc ibi dixerit Athenaeus,* Eubuli iambos etiam a Phileta eſſe adpoſitos: *ubi tamen poſſis etiam intelligere,* Philetam *in aliquo ſuorum ſcriptorum* iambos Eubuli *ſuos feciſſe. Nominatim ſaepius citantur* Philetae

Ἄτακτα (*ſive* Ἄτακτοι Γλῶσσαι) *i. e.* Miſcellanea, *nempe* Gloſſae miſcellaneae, III. 114. c. (*ubi vide not. & conf. Wolfii Proleg. ad Homer. p.* 169 *ſq.*) XI. 495. e. 496. c. 498. a. XIV. 645. d. 646. d. XV. 678. d. *Idem* Philetae *opus, aut aliquod ſimile, ſpectavit Strato comicus, ſive potius Strattis, apud Athen.* IX. 383. b. (*ubi vide not.*) *& Hermeſianax apud Athen.* XIII. 598. f. *n.*

Ἀττικὰ, Attica, *ex vulgata ſcriptura citantur* XI. 467. f. *ſed ibi pro* ἐν Ἀττικοῖς *haud dubie* ἐν Ἀτάκτοις *ſcriptum oportuit.*

PHILINUS, medicus, (*de quo vide Fabric. Biblioth. Gr. Tom. XIII. pag. 365.*) *tacito operis titulo citatur* XV. 681. f. *ubi agitur* de ſerpyllo *herba, & pag.* 682. a. *ubi* de iride *planta.*

PHILINUS orator.

Κροκωνιδῶν διαδικασία, Croconidarum disceptatio, X. 425. b. *n.*

PHILIPPIDES, *novae Comoediae poëta: de quo conf. Ind. Rer. & Perſ. Nude citatur in* Epit. I. 23. c. & XI. 781. f. (*pag.* 213. *noſtrae edit.*) *qui locus ex* Ἀργυρίου ἀφανισμῷ *ductus videtur: ibidem una ex fabulae perſonis* Trophimus *nominatur. Fabulae:*

Ἀμφιάραος, Amphiaraus, III. 90. b.

Ἀνανέωσις, Renovatio *Dalecamp. Rectius*, Recordatio. (*Confer* Philemonis *fab.* Ἀνανεουμ.) VI. 262. a. IX. 384. e.

Ἀργυρίου ἀφανισμὸς, Argentum perditum, VI. 230. a. *Indidem forſan ductus locus*, XI. 781. f. *de quo paulo ante.*

Αὐλοὶ, Tibiae, XIV. 658. d. e.

(Νάννιον, Nannium, Philippidi nonnulli tribuunt, *refragante Athenaeo, qui* Eubuli *eſſe fabulam ait*, XIII. 568. f.)

Συμπλέουσαι, Mulieres unà navigantes, XV. 700. c.

Φιλάργυρος, Avarus, (*citatur ex Cratetis Grammatici auctoritate*) XIV. 640. c.

PHILIPPI, *neſcio qui, memorantur in* Parodorum *numero*, XV. 697. f. *n.*

[Philippus *perperam olim nominabatur, pro* Ephippo comico, VIII. 358. f. *n.*]

PHILIPPUS, *neſcio quis*, III. 75. d. *ſic citatur*, Ἀνδροτίων ἢ Φίλιππος ἢ Ἡγήμων ἐν τῷ Γεωργικῷ, Androtion aut Philippus aut Hegemon in libro De Agricultura: *qui liber ſolutâ oratione ſcriptus erat. Conf. ſupra*, Androtion.

PHILIPPUS Theangelenſis.

περὶ Καρῶν καὶ Λελέγων, De Caribus & Lelegibus, VI. 271. b. *n. Conf. Animadv. Tom. VIII. p. 439 ſq.*

PHILISCUS poëta, *obiter memoratur*, V. 198. b.

PHILISTION Locrus, (*Medicus, Fabric. Bibl. Gr. Tom. XIII. p.* 366 *ſq.*) III. 115. d. *Idem memoratur in his qui ſcripſere,*

Ὀψαρτυτικὰ, De Condiendis Obſoniis, *ſ.* de Arte Culinaria, XII. 516. c.

PHILLIS Delius. I. 21. f. *n.* (*Suidae* Phyllis: *ſed vide Animadv. ad* XIV. 634. d.)

περὶ Αὐλητῶν, De Tibicinibus, XIV. 634. d. *n.*

περὶ Μουσικῆς β'. De Muſica liber ſecundus, XIV. 636. b.

PHILO, Ariſtotelis diſcipulus, Orationem *ſcripſit* κατὰ Σοφοκλέους, contra Sophoclem *illum, cuius decreto Philoſophi Atticâ ſunt electi*, XIII. 610. f. *Adverſus quem dein Demochares orationem ſcripſit pro eodem Sophocle. Vide* Demochares.

PHILO, *poëta, ut videtur, natione Bithynus, qui Dorico ſermone ſcripſit*, XV. 697. b. *n.*

PHILO *alius: cuius laudatur*

Μεταλλικὸς, De Metallis liber, VII. 321. a.

PHILOCHORUS, *Athenienſis, Hiſtoricus & Grammaticus: de cuius aetate & ſcriptis, poſt Suidam, conſulendus Meurſius Bibl. Attic. lib. V. & Voſſius De Hiſtor. Gr. lib. I. cap. 18.*

Ἀτθὶς, Atthis, Res Atticae. II. 37. e. & 38. c. *coll.* XV. 693. d. *ex* lib. 2. VI. 245. c. *ex* lib. 7. XI. 495. e. f. *ex* lib. 2. XIV. 637. f. *ex* lib. 3.

Ex eodem opere ducta videntur omnia teſtimonia, quae tacito titulo citantur. Sic ſtatim I. 9. c. d. *eſt* Philochori *teſtimonium, mediae diſputationi Dioſcoridis inſertum: cf.* I. 8. e. & 11. a. b. *quod quidem (quoniam Eratoſthenis aetate adoleſcens fuit Philochorus) a Dioſcoride Iſocratis diſcipulo non potuit citari, ſed ſuo nomine ab Athenaeo inſertum videri debet: quare verba illa,* Φιλόχορος δὲ - - τούτων γενέσεως, *parentheſeos ſignis fuerint includenda. Citatur porro* Philochorus, II. 38. c. IV. 168. a. V. 189. c. (*ubi* Φιλοχ. ἐν ἐννάτῃ, *ſcil.* Ἀτθίδος, nono libro Atthidos.) V. 217. e. IX. 375. c. 393. e. XI. 464. f. XIV. 620. a. 630. f. 656. a. XV. 679. a.

περὶ Μαντικῆς, De Divinatione, XIV. 648. d.

Τετράπολις, Tetrapolis, VI. 235. d.

PHILOCLES, *comicus, Ariſtophanis aequalis*, II. 66. b.

PHILOCRATES *hiſtoricus*, (*Apollodoro etiam memoratus, Biblioth.* III. 13. 8.) ἐν δευτέρῳ Θετταλικῶν, εἰ γνήσια τὰ συγγράμματα, Theſſalicorum libro ſecundo, ſi genuinum opus, VI. 264. a.

PHILOCRATES, ſi recte coniecimus, poëta comicus; cuius laudatur fabula,

Τριόδων ἢ Ῥωποπώλης, Furca aut Scrutarius, *lib.* XV. *pag.* 563. *noſtrae edit. Conf. Animadv. Tom. VIII. pag.* 346.

PHILODEMUS, *corruptum nomen, ut videtur, cum* Philomneſtus *ſcribi debuiſſet.* (*De Epicureo quidem Philodemo cogitaverat Voſſ. pag.* 404.)
περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ Σμινθίων, DE Sminthiis Rhodiis, X. 445. a. *coll. not. ad* III. 74. f.

PHILOMNESTUS. (*Conf. proxime ante, in* Philodemus.)
περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ Σμινθείων, (*alibi* Σμινθίων,) DE Sminthiis (*feſtis diebus*) Rhodiorum, III. 74. f. *n.*

PHILONIDES, Comicus, I. 23. e. II. 47. d. (*ex* Cothurnis, *coll.* VI. 247. e.) II. 67. d.
Κόθορνοι, Cothurni, *fabula*, VI. 228. f. 247. e. XV. 701. a.

PHILONIDES, Medicus. (*Conf. Fabric. Tom. XIII. pag.* 368.)
περὶ Μύρων καὶ Στεφάνων, DE Unguentis & Coronis, XV. 675. a. 676. c. *Item* XV. 691. f. *ubi vulgo legitur* ὁ Μυρωνίδης ἐν τῷ περὶ Μυρ. καὶ Στεφ. *utique* Φιλωνίδης *corrigendum videtur.*

PHILOSTEPHANUS, Cyrenaeus, Callimachi diſcipulus, VIII. 331. d.
περὶ τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεων, α'. DE Aſiae Civitatibus, liber primus, VII. 297. f.
Δήλιος, Delius, VII. 292. f. *n. Comoedia haec erat, ſi quid video; quamquam in* Comicorum *catalogo nusquam relatum* Philoſtephanum *reperiam.*
περὶ τῶν παραδόξων Ποταμῶν, DE Fluminibus mirabilibus, VIII. 331. d. 332. e. f.

PHILOTIMUS, *Medicus.*
Ὀψαρτυτικὸς, Opſartyticus, *ſ.* DE Arte culinaria, VII. 308. f.
Περὶ Τροφῆς, II. 53. f. III. 79. a. *ex* lib. 3. III. 81. a. b. & 82. f. *ex* lib. 13. VIII. 355. a.

PHILOXENUS, *Alexandrinus ille Grammaticus, qui Romae docuit, cuius plura ſcripta Grammatica Suidas enumeravit, citatur in Athenaei* Epit. II. 53. a.

PHILOXENUS Cytherius, (poëta dithyrambicus, VIII. 341. a. XI. 487. a. *qui & ſimpliciter* Cytherius poëta *vocatur* XV. 692. d. & *ut* praeſtantiſſimus poëta *laudatur ab Antiphane apud Noſtrum* XIV. 644. b.) *iam olim a multis cum* PHILOXENO Leucadio *ita confuſus eſt, ut paene oboriri poſſit ſuſpicio, unum eumdem-*

que fuiſſe hominem. Conf. Ind. Rer. & Perſ. & Animadv. noſtras ad I. 5. b. *&* ad I. 6. b. *&* e.

Δεῖπνον, Coena, *carmen ludicrum*, Leucadio Philoxeno *tribuitur* I. 5. b. *ſed* Cytherio *vindicatur*, IV. 146. f. & XIV. 642. f. 644. d. *Eius fragmenta exhibentur*, IV. 146. f. - 147. e. (*ad quem locum conf. Animadv. T. VIII. pag.* 422.) IX. 409. e. *n.* XI. 487. a. b. XIV. 642. f.-643. d.

Γαλάτεια, Galatea, *carmen*, *uni* Cytherio Philoxeno *tribuitur*, I. 6. e. *Itemque*

Κύκλωψ, Cyclops, *drama*, in quo Dionyſio Cyclopis tribuebantur partes, tibicinae partes Galateae, Ulyſſis vero perſonam ſibi ſumſit poëta, I. 7. a. *Quo ex dramate exhibetur ecloga*, XIII. 564. e. *ubi Galateam adloquitur Cyclops. Idem drama* (*quod carminum Philoxeni pulcerrimum Aelianus dicit, Var. Hiſtor. XII.* 44.) *reſpexit Hermeſianax apud Noſtrum*, XIII. 598. e.

Ὑμέναιος, Carmen nuptiale (*cuius initium*, Γάμε θεῶν λαμπρότατε) *utri* Philoxeno *adſcriptum fuerit a Clearcho apud Athen. in* Epit. I. 6. a. *haud ſatis liquet. Aliquanto certius fortaſſe distinguere inter ſe* diverſos Philoxenos *poſſemus, ſi primus Athenaei liber integer ad nos perveniſſet.*

Philyllius, Comicus, I. 31. a. *n.* (*ubi perperam olim* Philinus *edd.*) II. 52. b. 63. a. XV. 700. e. f.

Dramata:

Ἄντεια, Antea, a meretricis nomine. *Dubie*, Εὐνίκου ἢ Φιλυλλίου Ἄντεια, XIII. 567. c. 586. e.

Αὔγη, Auge, III. 110. f. *n.*

Ἡρακλῆς, Hercules, IV. 171. d.

Πόλεις, Civitates. Φιλύλλιος ἐν Πόλεσι, III. 104. f. *Sed dubitanter*, Φιλύλλιος ἢ ὅστις ἐστὶν ὁ ποιήσας τὰς Πόλεις, III. 92. e. IX. 381. b. *Et* Ἀριστοφάνης ἢ Φιλύλλιος ἐν ταῖς Πόλεσι, IV. 140. a.

Φρεώρυχος, Putearius, XIV. 640. f. 641. a.

Phocylides. X. 428. a. XIV. 632. d.

Phoenicides, comicus poëta. *Cuius dramata:*

Μισουμένη, Odioſa, Exoſa, XIV. 652. d. *n.*

Φύλαρχος, Phylarchus, X. 415. e.

Phoenix Colophonius.

Ἴαμβοι, Iambi, (*nempe ſcazontes*) VIII. 359. e.-360. a. XI. 495. d. & e.

PHORMUS, comicus. (*Aliis* Phormis. *vide Fabric. & Harl. Bibl. Gr. Tom. II. pag.* 315 *ſq.*)

Ἀταλάνται, Atalantae, XIV. 652. a.

PHRYNICHUS, Comicus, τῶν ἐπιδευτέρων τῆς ἀρχαίας Κωμῳδίας, *ut ait Suidas, quem vide. Citatur tacito fabulae titulo*, II. 44. d. *n.* (*forſ. ex* Ἐφιάλτῃ.) II. 47. f. *de quo fragm. vide Animadv. Tom. VIII. pag.* 400. II. 52. c. 53. a. 59. c. Fabulae *laudantur hae:*

Ἀπελεύθεροι, Liberti, III. 115. b. *Vide infra*, Τραγῳδοί.

Ἐφιάλτης, Ephialtes, Incubus, Nocturnum terriculamentum, (*cf. not. ad* II. 44. d.) IV. 165. b. c. *quo de loco vide Ind. noſtr. Graec. in* κέντρον. *Rurſus* IV. 184. f. (Ἐπιάλτης, *apud Schol. Ariſtoph. ad Av.* 1297. *quod perinde eſt.*)

Κρόνος, Saturnus, IX. 371. f. *n.* quam in fabulam (*ac forſ. in alias etiam eiusdem poëtae fabulas*) Commentarios ſcripſit Didymus. *ibid.*

Κωμασταὶ, Comeſſabundi, XI. 474. b.

Μονότροπος, Moroſus, III. 74. a. VI. 248. c. *n. Conf. Ruhnken. ad Hymn. in Cer. vs.* 199.

Μοῦσαι, Muſae, VII. 319. a.

Ποάστριαι, Poaſtriae, Runcatrices, III. 110. e. *n.* X. 424. c. *n.*

[Πόλεις, *ex edita olim ſcriptura*, III. 86. e. Phrynicho *a nonnullis adſcripta fabula. Sed ibi* Εὔνικος *ſcriptum oportuit.*]

Σάτυροι, Satyri, III. 87. b.

Τραγῳδοὶ, Tragoedi, VI. 229. a. VII. 287. c. IX. 389. a. XIV. 654. b. *Apud Suidam*, Τραγῳδοὶ ἢ Ἀπελεύθεροι.

PHRYNICHUS, *Tragicus poëta: idem cuius Ariſtophanes cum alibi ſaepius meminit, tum Veſp.* 220. & 1481. (1490. ed. Br.) *ſive is nonniſi unus eſt, ſenior ille Phrynichus, Theſpidis diſcipulus, ut Bentleius & Perizonius iudicarunt; (vide Harleſ. ad Fabric. T. II. pag.* 316 *ſq.*) *ſive praeter illum alius, Melanthae filius, ut cum Comici Scholiaſtâ ad Veſp.* 1481. *Suidas ſtatuit. Cuius ex tragoediis (ut docet idem Schol. ad Veſp.* 220.) *una inſcripta erat*

Φοίνισσαι, Phoeniſſae, *cuius meminit Athenaeus* XIV. 635. c. *Eiusdemque* Phrynichi *Tragici fuerit etiam*

Παιὰν, Paean, *olim cantari ſolitus, qui memoratur* VI. 250. b. *Eumdem certe* Phrynichum *idem vetus Interpres Ariſtoph. l. c. laudatum fuiſſe ait* διὰ τὴν γλυκύτητα τῶν μελῶν. (*conf. eumdem Scholiaſten ad Ran.* 1333. & 1334. *Denique ad eumdem* tragicum Phrynichum *pertinere videtur id quod legitur apud Noſtrum*, XIII. 565. f. & *verſus ille a Sophocle citatus*, XIII. 604. f.

PHRYNIS, *cuius* Νόμοι, *i. e.* Modi melici, *cum Terpandri modis laudantur* XIV. 638. c. *non modo* citharoedus *fuiſſe videtur, ſed & ipſe* poëta melicus. *De quo vide Schol. ad Ariſtoph. Nub.* 967. & *Suidam, qui ſua verbotenus inde deſcripſit, niſi quod, ubi* Ἴστρος *citatur a Scholiaſta, libri titulum adiecerit Suidas,* ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Μελοποιοῖς: *quae verba haud dubie in vetere exemplo Scholiorum repererat Lexicographus.*

PHYLARCHUS, hiſtoriarum ſcriptor, (*aetate Ptolemaeorum Evergetae & Philopatoris: conf. Voſſ. lib. I. c.* 17. *pag.* 111 *ſq.*) Athenienſis aut Naucratita, II. 58. c. *ubi citatur tacito operis aut libri titulo, quemadmodum &* I. 18. d. II. 43. f. 44. b. III. 73. b. XII. 526. a.

Ἱστορίαι, Hiſtoriae Phylarchi *nominatim citantur*, III. 81. e. *ubi eſt teſtimonium ex* lib. 6. IV. 141. f. (*ubi hodie ſcribitur,* Φύλαρχος ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ καὶ εἰκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν, *mendoſe. Agitur* de Lacedaemoniis ad luxuriam declinantibus: *ac fortaſſe* ἐν πέμπτῃ καὶ εἰκοστῇ *ſcriptum oportuit, ſicut* VI. 271. e. & XII. 521. b.) *Porro* VI. 249. d. *ex* lib. 21. VI. 251. c. *ex* lib. 6. & *ibid. ex* lib. 28. VI. 254. f. *ex* lib. 13. VI. 261. b. *n. ex* lib. 10. & *ex* lib. 14. (*prius vero iſtud teſtimonium deinde,* XIV. 614. e. *citatur ex* Phylarchi lib. 6.) VI. 271. e. *ex* lib. 25. VIII. 333. a. *ex* lib. 4. VIII. 334. a. *ex* lib. 3. IX. 401. d. *ex* lib. 4. X. 412. f. *ex* lib. 3. X. 438. c. *ex* lib. 6. X. 442. c. *ex eodem* lib. 6. XII. 528. c. *ex* lib. 11. XII. 536. d. *ex* lib. 10. & *ex* lib. 22. XII. 539. b. *ex* lib. 23. XIII. 593. b. c. *ex* lib. 12. *Ibid.* d. e. *ex* lib. 14. XIII. 606. d. *ex* lib. 12. XIII. 606. f. *ex* lib. 20. XIII. 609. b. *ex* lib. 19. *Ibid.* b. c. *ex* lib. 10. XIII. 610. d. *ex* lib. 23. XIV. 614. e. *ex* lib. 6. XV. 673. f. *ex* lib. 7. XV. 693. f. *ex* lib. 12.

PHYLARCHI (*neſcio cuius*) tres hexametri *recitantur*, XIV. 639. d. *n. ubi, niſi erratum eſt in auctoris nomine, aut* poëta *aliquis* Phylarchus, *alioquin incognitus, fue-*

rit ſtatuendus : aut, quod probabilius videtur, intelligi debebit, verſus iſtos incerti poëtae a Phylarcho hiſtorico *in aliqua* Hiſtoriarum *ſuarum parte fuiſſe adpoſitos.*

PINDARUS: Thebanus cantor: Θηβαῖος μελοποιὸς, I. 3. b. c. Θηβαῖος ποιητὴς, VI. 248. c. ὁ μεγαλοφωνότατος, II. 40. f. XIII. 564. d. Eius carmina obmutuerant *Athenaei aetate*, I. 3. a. *n.* Uſus eſt carminum genere hyporchematico, I. 15. d. *n.*

Ex eius Olympiis *recitantur fragmenta*, I. 3. b. *n.* I. 24. b. VI. 248. c. XI. 503. f. & 504. a. *n. prorſus tacito poëtae nomine.* XIII. 604. b. *n. ubi nude* ὁ ποιητής. XIV. 641. c. *ubi diſerte adiicitur*, Πινδ. ἐν Ὀλυμπιονίκαις.

Ex Pythiis, *tacito titulo, citantur verba nonnulla*, IV. 180. a. *n.* & VI. 231. e. *n.* Εἰς Ἱέρωνα Πυθικὴ ᾠδὴ, *cuius fragmentum* I. 28. a. *n. citatur*, *in* Pythiis Odis *hodie non exſtat : de quo fragm. conf. Animadv. T. VIII. p.* 395 *ſq.*

Alia eiusdem Fragmenta exhibentur, I. 22. b. *ubi* Apollinem ὀρχηστὴν *vocat.* I. 25. f. *ubi laudat* Vetus vinum, nova carmina. IV. 154. f. V. 187. d. *n. ubi* Athenarum elogium. V. 191. f. *n. ubi* εὐθυμίαν ſibi precatur. VII. 290. e. *n.* (*quo de loco conſulendus Schneiderus in Pindari Fragm. pag.* 38. *& qui ab illo laudatus eſt Olearius ad Philoſtr. p.* 247. *quibus adde quae* de Caledonibus *Heynius monuit in Pindari Fragm. pag.* 55.) X. 411. c. *n. quo de fragm. vide Animadv. Tom. VIII. pag.* 479. Σκολιὸν in Agathonem, X. 427. d. *n. cf. Anim. Tom. VIII. p.* 482 *ſq.* X. 448. d. *n.* & 455. c. *n.* & XI. 467. b. *de litera* σὰν κιβδήλῳ. *cf. Animadv. T. VIII. pag.* 489. XI. 782. d. *n.* (*pag.* 216. *noſtrae edit.*) *de* Adpotis, beatos ſeſe ſomniantibus: *conf. Animadv. Tom. VIII. pag.* 492. XI. 476. b. *n. coll. Anim. Tom. VIII. pag.* 497. *Scolion* in Thraſybulum, XI. 480. c. *n. coll. Anim. Tom. VIII. pag.* 500. XII. 512. d. *n.* XII. 513. c. *n.* temporibus ſerviendum, polypi exemplo. *Porro* XIII. 573. e. – 574. c. *ubi* Ode & Scolion in Xenophontem Corinthium. XIII. 561. b. *n.* 564. d. e. 601. c. *n.* Εἴη καὶ ἐρᾶν &c. XIII. 601. d. e. *n.* in Theoxenum amaſium. XIV. 631. c. XIV. 635. b. & d. e. *ubi memoratur* Εἰς Ἱέρωνα σκολιὸν, *quod idem eſſe carmen ſuſpicatus erat Schneiderus, quod* εἰς Ἱέρωνα Πυθικὴ ᾠδὴ *ſupra nominabatur.* XIV. 641. b. c. *Denique* Παιὰν, Paean Pindari, *memoratur* VI. 250. b.

In Pindarum Commentarios *ſcripſere* Ariſtodemus & Chamaeleo Ponticus, *de quibus ſupra.*

PISANDER. Πείσανδρος. *Vide Suidam h. v.*

Ἡράκλεια, Heraclea, *poëma epicum : cuius* liber 2. *citatur* XI. 469. c. d. *Eodem ſpectabat* XI. 783. c. (*pag.* 120. *noſtr. edit.*)

PLATO, comicus poëta, I. 31. e. II. 47. d. 48. a. b. 67. c. XI. 783. d. (*pag.* 221. *noſtrae edit.*) *qua de ecloga vide Animadv. Tom. VIII. pag.* 492 *ſq.* Plato aut Cantharus, II. 68. b. *forſ. ex fab.* Συμμαχία. Dramata *citantur :*

Ἄδωνις, Adonis, X. 456. a.

Ἀνδροφόνος, Homicida, VII. 279. c.

Γρῦπες, Grypes, IX. 368. e.

Ἑορταὶ, Feriae, Feſti dies, VII. 308. b. IX. 367. c. 368. c.

Εὐρώπη, Europa, VII. 328. f. IX. 367. c.

Ζεὺς κακούμενος, Iupiter male adfectus, III. 119. b. *n.* XI. 478. c. XV. 666. d. 667. b. (*ubi perſonam agit* Hercules.) 677. b. 678. d.

αἱ ἀφ' Ἱερῶν, Mulieres a ſacrificio redeuntes, X. 446. e. *n.*

Ἰὼ, Io, XIV. 657. b.

Κλεοφῶν, Cleophon, III. 76. f. VII. 315. c.

Λάϊος, Laius, II. 68. c.

Λάκωνες, Lacedaemonii, IX. 380. e. XV. 665. b.-d.

Μενέλαος *vel* Μενέλεως, Menelaus, III. 110. d. IV. 170. f. & 171. a. XIV. 641. a.

Νὺξ μακρὰ, Longa nox, III. 110. d. (*quo de fragm. vide Animadv. Tom. VIII. p.* 416.) XV. 700. f. *Item in Supplem. noſtro* libri XV. p. 562. *noſtrae edit.*

Παιδίον, Puerulus, Parvulus, VII. 316. c. *n. Conf. Caſauboni Animadv. ad* III. 94. b. *quam ſupra poſuimus, ubi de Menandri fabulâ* Παιδίον *inſcriptâ agebatur.*

Πείσανδρος, Piſander, IX. 385. d.

Περιαλγὴς, Dolore confectus, IX. 387. a.

Ποιητὴς, Poëta, IX. 375. b. XIV. 644. a. 657. a.

Πρέσβεις, Legati, VI. 229. f. VII. 287. d. X. 424. a.

Σκευαὶ, Adparatus. Ἀριστοφάνης ἢ Πλάτων ἐν ταῖς Σκευαῖς, ὡς Χαμαιλέων φησὶ, XIV. 628. e. *n.*

Σοφιστὴς, Sophiſta, X. 422. f. *niſi ibi pro* ἐν Σοφιστῇ *legendum* ἐν Σοφισταῖς, *quemadmodum ſcribitur* VII. 312.

b. *n. ut index fabulae non fuerit* Σοφιστὴς, (*quo titulo inſcribitur unus ex Platonis dialogis*) *ſed* Σοφισταί. *Conf. Fabric. & Harleſ. Bibl. Gr. Tom. II. pag.* 488. *ubi quidem quod de eadem fabula etiam ad Athen.* VII. 279. a. & XV. 678. f. *provocatur, id ex mendoſo Indice Dalecampiano temere acceptum eſt: nam priori loco citatur Platonis* Συνεξαπατῶν, *poſterior vero locus ne ad Platonem quidem, ſed ad Batonem comicum, pertinet.*

Συμμαχία, Armorum ſocietas, *fab.* Platonis aut Canthari, VII. 312. c. 314. a. Indidem forſan ductum fragm. II. 68. b.

Συνεξαπατῶν, Impoſtor, Deceptor, III. 103. b. - e. VII. 279. a. - c. (XV. 678. f. *ex doctorum nonnullorum coniect. Quem ad locum in Animadv. noſtris, p.* 104 *med. pro* Ἐξαπατῶντα *corrige* Συνεξαπατῶντα, *& ibid. pro* Tom. II. *corr.* Tom. III.)

Σύρφαξ, Syrphax, Turba, VIII. 344. d. *n.* X. 446. e.

Ὑπέρβολος, Hyperbolus, II. 56. f. *Vide Harleſ. ad Fabr. Tom. II. pag.* 488.

Φάων, Phaon, I. 5. b. *n.* IV. 146. f. VII. 325. a. IX. 367. d. X. 424. a. 441. e.

PLATO philoſophus: ὁ ἱερώτατος Πλάτων, XV. 670. f. natus archonte Apollodoro, denatus archonte Theophilo, vixit annos octoginta duo, V. 217. b. (*Plura de eo vide in Ind. Rer. & Perſ.*) Platonis ſchola, ὁ Πλάτωνος περίπατος, VIII. 354. b. Platonis *neſcio quod* ſcriptum *memorat Ophelion comicus*, βίβλον Πλάτωνος ἐμβρόντητον *dicens*, II. 68. b. *n. Eiusdem dictum, de* Bono ſemper & ubique eodem, *citatur ab Alexide*, VIII. 354. d. *Eiusdem dictum, de* Gloriae cupiditate, poſtremâ tunicâ quam exuunt homines, *laudatur*, XI. 507. d. *n. Porro citantur* Platonis *teſtimonia tacito ſcripti titulo*, II. 48. a. *n.* (*ex Politico.*) VIII. 365. b. XV. 688. b. *n.* (*ex Timaeo.*) XV. 694. e. *n.* (*ex Gorgia.*) XV. 702. b. c. *In eodem vero plura reprehenduntur apud Athenaeum*, lib. V. cap. 55. & cap. 57 - 61. *rurſusque* lib. XI. cap. 112 - 113. *Ridetur Plato cum ſuis a comicis poëtis*, lib. II. cap. 54. & lib. XI. cap. 120.

Scripta Platonis, *quae vel nominatim citavit Athenaeus, vel ad quos reſpexit, haec ſunt:*

Ἀλκιβιάδης πρότερος, Alcibiades prior, XI. 506. c. *n.* V. 187. e. *n.*

Ἀλκιβιάδης δεύτερος, Alcibiades posterior: qui a nonnullis perhibetur scriptus a Xenophonte, XI. 506. c.
Ἀλκυὼν, Alcyon, dialogus, qui Platonis nomen praefert, Leontis Academici est, XI. 506. c. *n.*
περὶ Ἀνδρείας, De Fortitudine, (*idem dialogus, qui aliâs* Λάχης *inscribitur*) XI. 506. b. *n.*
Ἀπολογία, Apologia: *ubi quae* de triplici Socratis militia *dixit* Plato, *ea* falsi arguuntur, lib. V. cap. 55. *Conf. not. ad* V. 215. c.
Ἀτλαντικὸς, Atlanticus, *idem dialogus qui aliâs* Critias, XIV. 640. e. *n.*
Γοργίας, Gorgias, III. 112. d. lib. V. cap. 58. XI. 505. d. 506. d. 508. b. c. (XV. 694. e. *n.*)
Ἐπίγραμμα εἰς Ἀρχαιάνασσαν ἑταῖραν, Epigramma in Archaeanassam meretricem, XIII. 589. c.
Ἐπιστολαὶ, Epistolae, XII. 527. c.
Εὐθύδημος, Euthydemus, XI. 506. b.
Θεαίτητος, Theaetetus, I. 21. b.
Ἱππίας, Hippias, XI. 505. d.
Ἴων, Ion, XI. 506. a.
Κίμων, Cimon, XI. 506. d. *n. Suspectus dialogi titulus, ut de veritate scripturae etiam atque etiam liceat dubitare.*
Κράτυλος, Cratylus, II. 35. b. c.
Κριτίας, Critias. *Vide* Ἀτλαντικός.
Κρίτων, Crito, V. 216. b. XI. 506. d. *n. ubi ait Athenaeus*, Critonem Platonis continere invectivam in Sophoclem.
Λάχης, Laches, VI. 237. b. *Conf. supra*, περὶ Ἀνδρείας.
Μενέξενος, Menexenus, XI. 506. f.
Μένων, Meno, VII. 314. a. XI. 506. a. b.
Νόμοι, *sive* περὶ Νόμων, De Legibus, II. 38. d. *ex* lib. 2. IV. 155. f. *ex* lib. 1. VI. 264. d. *de* servorum conditione, *ex* lib. 6. X. 431. f. *ex* lib. 6. X. 432. a. *ex* lib. 1. X. 440. b. c. *praeceptum* de vini potu, *ex* lib. 2. X. 444. a. *ex* lib. 6. X. 452. c. *n. ubi citatur* Νόμων ε'. *cum sit* ex Πολιτείας ε'. XI. 505. a. *ex* lib. 3. XIV. 653. b. *ex* lib. 8. XV. 670. f. *ex* lib. 7.
Παρμενίδης, Parmenides, XI. 505. f.
Πολιτεία, *vel* περὶ Πολιτείας, De Republica, III. 92. f. *ex* lib. 10. III. 123. c. *ex* lib. 4. IV. 138. *ex* lib. 2. IV. 182. f. (*pag.* 189. *nostrae edit.*) *ex* lib. 3. VI. 247. a. *ex* lib. 4. X. 433. f. *ex* lib. 8. X. 443. f. *rursus ex*

lib. 8. X. 452. c. *n. ubi perperam vulgo* Νόμων ε'. *ſcribitur, pro* Πολιτείας ε'. XI. 505. b. (*ex* lib. 2.) *& ibid.* d. *ex* lib. 8. XI. 507. f. *&* 508. a. b. *ubi ridentur leges a Platone latae.* XII. 511. e. *ex* lib. 8. XII. 527. d. e. *ex* lib. 3.

Περὶ τῶν ἐν τῇ Πλάτωνος Πολιτείᾳ μαθηματικῶς εἰρημένων *ſingularem librum ſcripſit* Clearchus Solenſis: *de quo ſuo loco.*

Πολιτικὸς, Politicus, II. 48. a. *n.* III. 99. b.

Πρωταγόρας, Protagoras, III. 97. a. V. 218. b. – e. 219. f. *&* 220. a. XI. 505. d. *&* f. *&* 506. a.

Συμπόσιον, Convivium, I. 23. c. V. 186. e. *tum eodem* libro V. cap. 5. *noſtrae edit. & inde ſaepius* usque cap. 11. *rurſus* cap. 18. V. 192. a. b. *Rurſus* lib. V. cap. 57. *Denique* XI. 502. c. d. 504. e. *&* 506. c. *In Epit.* I. 4. e. τὸ Πλάτωνος συσσίτιον *nominatur.*

Τίμαιος, Timaeus, III. 92. f. 94. e. IX. 382. a. *n.* XI. 507. d. *Et tacito dialogi titulo,* XV. 688. b.

Φαῖδρος, Phaedrus, III. 92. f. VI. 254. d. XI. 505. b. *n. & ibid.* f. *Item, tacito & auctoris nomine & dialogi titulo,* III. 121. e. *n. cf. Animadv. Tom. VIII. pag.* 428. *Et* V. 220. f. *n. coll. Animadv. Tom. V. pag.* 605.

Φαίδων. *vide mox,* περὶ Ψυχῆς.

Φίληβος, Philebus, III. 97. c. X. 423. a. b. 424. d. XII. 511. d.

Χαρμίδης, Charmides, V. 187. e. 215. e.

περὶ Ψυχῆς, De Anima *dialogus, qui aliás* Phaedon *inſcribitur,* XI. 504. f. 505. e. (*ubi perhibetur,* negaſſe Phaedonem, ea ſe vel dixiſſe vel audiviſſe Socratem ea dicentem, quae a Platone in eo dialogo poſita ſunt.) IX. 507. e. f. *ubi* ridetur ratio immortalitatis animorum a Platone expoſita. XV. 679. a. *de* metamorphoſi poſt mortem.

PLEISTONICUS, *vel* PLISTONICUS, Medicus, II. 45. d. *n.* (*cf. Fabric. Bibl. Gr. Tom. XIII. pag.* 374.)

Plethagoras, *cogn. Sophiſtae cuiusdam,* VI. 270. d.

PLUTARCHUS, Chaeronenſis, *teſtis citatur* II. 52. d. *n. ex* Συμποσιακῶν *libro primo.*

POLEMARCHUS, III. 111. c. *Videtur omnino Grammaticus fuiſſe; nam nude nominatur cum Artemidoro & Heracleone Grammaticis, de quibus ſupra.*

POLEMON, *vel* POLEMO, *non Philoſophus ille Academicus, (de quo videndus Index Rer. & Perſ.) ſed literator, itinerator, & hiſtoricus* πολύγραφος; *de quo conſulendus Suidas, Caſaub. ad Athen.* VI. 234. d. *& Voſſius Lib.* I. *De Hiſtor. Gr. cap.* 18. *pag.* 119 *ſqq. Hic eſt* Πολέμων ὁ Περιηγητὴς, IX. 372. a. XII. 552. b. *& alibi paſſim. Idem* Στηλοκόπας a nonnullis cognominatus, VI. 234. d. *n. Patria incerta:* alii Samium, Sicyonium alii, alii Athenienſem nominant, alii aliam patriam tribuunt, VI. 234. d. *Spartanum fuiſſe, colligi poſſe cenſuerat Caſaubonus ex* IV. 138. f. (*Conf. Animadv. noſtras, Tom. II. pag.* 451 *med.*) *Athenis in civium numerum fuiſſe cooptatum Suidas tradit: ſed, quod apud eumdem Suidam continuo adiicitur,* διὸ ἐπεγράφετο Ἑλλαδικὸς, (*quod interpretantur,* idcirco Graecanicum fuiſſe nominatum: *cf. Caſaub. ad* VI. 234. d. *Animadv. noſtrar. Tom. III. pag.* 353. *& Voſſ. l. c.*) *id vero turbatum utique & mendoſum videtur.* Ἑλλαδικὸς *enim non cognomen fuit Polemonis, ſed* titulus libri, cuius auctor Polemo perhibebatur, *quod perſpicue Athenaeus docet, ut mox deinde videbimus.*

Tacito ſcripti titulo citatur Polemo, I. 19. c. II. 39. c. 55. e. II. 56. a. *n.* Σκύλαξ ἢ Πολέμων, II. 70. b. *Porro* VIII. 341. a. *de* Androcyde pictore. IX. 387. f. *ubi* Iſtro Callimachio *iraſcitur.* X. 436. e.

Scripta Polemonis *memorantur haec:*

περὶ τῆς Ἀθήνησιν Ἀκροπόλεως, De Arce Athenienſi, XI. 472. b. *ex* lib. 1. XIII. 587. c. *rurſus ex* lib. 1. *Et brevius,* ἐν πρώτῳ Ἀκροπόλεως, XI. 486. d. ἐν τοῖς περὶ Ἀκροπόλεως, XIII. 587. c.

πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονον, Ad (*vel* Adverſus, In: *nam pro* πρὸς *eſt* ἐς, XI. 462. a.) Adaeum & Antigonum, V. 210. a. *ex* lib. 3. XI. 462. a. *ex* lib. 1. XI. 483. c. *ubi* ἐν τῇ τῶν πρὸς Ἀδ. καὶ Ἀντ. Neſcio utrum debuerit ἐν τῇ ιʹ. *an* ἐν τῇ ιʹ. *an* ἐν τῇ εʹ. *quemadmodum* XI. 484. b. *ubi eſt,* ἐν πέμπτῳ τῶν πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονον. *Praeponitur* Antigoni *nomen,* IX. 388. b. *ubi* ἐν πέμπτῳ τῶν πρὸς Ἀντ. καὶ Ἀδ. *&* XI. 410. c. *ex* lib. 6. *Unus vero* Adaeus *nominatur,* XI. 497. f. *ubi* ἐν πρώτῳ τῶν πρὸς Ἀδαῖον: *&* XV. 690. e. *ubi* ἐν τοῖς πρὸς Ἀδαῖον.

De Adaeo *vide ſupra, ſuo loco.* Antigonus *ille vero*

haud dubie is fuerit, qui περὶ Πινάκων *ſcripſit: quem ſimul cum* Polemone *Diogenes Laërtius VII.* 188. *nominat; quem eumdem & de Pictura & de Arte caelatoria & ſtatuaria ſcripſiſſe Plinius docet, cuius teſtimonia collegit Harduinus in Indice Auctorum, qui libro primo Plinii ſubiectus eſt. Et hunc quidem idem Harduinus ibid. eumdem facit cum Caryſtio Antigono. At Fabricius, pictorem Antigonum diverſum a ſtatuario, & utrumque horum diverſum ab Antigono Caryſtio fuiſſe, cenſet. De quo utcumque ſtatuas, illud pro certo ſumi poſſe videtur,* Antigonum *eum, adverſus quem* Polemo Periegeta *ſcripſit, eumdem fuiſſe qui &* περὶ Πινάκων *ſcripſerat, & cuius* Μακεδονικὴν Περιήγησιν *Stephanus Byz. voc.* Ἀβάντις *memorat.*

Neſcio an idem libet cum ſuperiore ſit is, qui alibi his verbis citatur:

Πολέμων ἐν τοῖς πρὸς Ἀντίγονον περὶ Ζωγράφων, *id eſt,* Polemon in his quae ad (*vel* adverſus) Antigonum ſcripſit de Pictoribus, XI. 474. c.

πρὸς Ἀράνθιον ἐπιστολὴ, Ad Aranthium Epiſtola, XV. 696. f.

περὶ Ἄρτου, De Arto, Meſſapiorum rege, III. 108. f.

πρὸς Ἄτταλον ἐπιστολὴ, Ad Attalum Epiſtola, VIII. 346. b.

περὶ τοῦ Διὸς κωδίου, De Vellere ovis Iovi immolatae, XI. 478. c. *n. ubi quidem* δίου κωδίου *habet vetus membrana.*

Ἑλλαδικὸς, Helladicus, Antiquitates Graeciae; *incerti auctoris liber, ſed ad* Polemonem *vulgo relatus.* Πολέμων ἢ ὅστις ἐστὶν ὁ ποιήσας τὸν ἐπιγραφόμενον Ἑλλαδικὸν, Polemon aut quisquis eſt auctor libri qui Helladicus inſcribitur, XI. 479. f. XIII. 606. a. b. *Igitur apud Athenaeum* Helladicus *titulus libri eſt; non, ut apud Suidam, Polemonis cognomen.*

περὶ τῶν κατὰ πόλεις Ἐπιγραμμάτων, De Inſcriptionibus quae paſſim in civitatibus exſtant, X. 436. d. 442. e.

Περὶ Θαυμασίων, De Mirabilibus, XII. 552. b.

Περὶ τῶν ἐν Καρχηδόνι Πέπλων, De Peplis Carthaginienſium, XII. 541. b.

Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι Ἀναθημάτων, De Donariis quae Lacedaemone Diis dicata ſunt, XIII. 574. c.

Περὶ τοῦ Μορύχου, De Morycho, III. 109. a. *n.* (*ubi*

Μωρύχου *vulgo ſcribitur*) XI. 462. c. *Erat epiſtola ad Diophilum, teſte Zenobio, Proverb. Cent.* 13.

Πρὸς Νεάνθην ἀντιγραφαὶ, Adverſus Neanthen Reſcriptiones, XIII. 602. f. *De Neanthe vide ſupra, ſuo loco.*

Περὶ Ὀνομάτων ἀδόξων ἐπιστολὴ, De Nominibus obſcuris (*ſic Dalec. ſed rectius videtur,* De Nominibus minus probatis) Epiſtola, IX. 409. d.

Περὶ Παρασίτων, De Paraſitis, VI. 234. c. d. *n.*

Περὶ τῆς Ποικίλης στοᾶς τῆς ἐν Σικυῶνι, De Poecile (varie-picta) Porticu quae Sicyone eſt, VI. 253. b. XIII. 577. c.

Περὶ Σαμοθράκης, De Samothracia, IX. 372. a.

Περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ Ποταμῶν, De Siciliae Fluminibus, VII. 307. b.

Περὶ τῶν ἐν Σικυῶνι Πινάκων, De Tabulis (*ſ.* De Picturis) quae Sicyone conſpiciuntur, XIII. 567. b.

Περὶ τοῦ παρὰ Ξενοφῶντος Κανάθρου, De Canathro cuius apud Xenophontem fit mentio, IV. 138. e. *n. & ibi toto cap.* 16. II. 56. a. *coll.* IV. 139. a.

POLIOCHUS, *poëta comicus, nec Suidae, nec Fabricio aut Harleſio, quod ſciam, memoratus. Tacito dramatis titulo citatur in Epit.* II. 60. c. Fabula *eiusdem nominatur,*

Κορινθιαστὴς, Corinthiaſta, VII. 313. c.

POLLUX, Πολυδεύκης, Parianus; *Grammaticus, ut videtur; citatur in* Epit. XI. 784. d. *n. Miratus ſum,* Parianum *hunc* Pollucem *& a Fabricio in Bibl. Graec. & a doctiſſimo Hemſterhuſio in Praefat. ad Pollucis Naucratitae Onomaſticon ſilentio prorſus eſſe praeteritum.*

POLYBIUS Megalopolitanus, I. 16. c. 31. d. II. 45. c. *bis.*

Ἱστορίαι, Hiſtoriae, III. 78. f. *ex* lib. 12. III. 95. d. *ex* lib. 6. V. 193. d. (*ex* lib. 31. *ut docet Athenaeus ipſe,* X. 439. b. *ubi eadem res repetitur.*) VI. 251. e. *ex* lib. 13. *& ex* lib. 14. VI. 252. c. *ex* lib. 8. VI. 273. a. b. de Scipionis moderatione, quinque tantum ſervos ſecum habentis. VI. 274. f. *ex* lib. 31. de Catone maiore. VII. 302. c. *ex* lib. 34. VIII. 330. f. *&* 332. a. *ex* lib. 34. IX. 400. f. *ex* lib. 12. X. 418. a. *ex* lib. 20. X. 424. c. *ex* lib. 9. X. 425. f. *ex* lib. 14. X. 439. a. *ex* lib. 26. X. 439. b. *ex* lib. 31. X. 439. e. *ex* lib. 20. X. 439. f. *ex* lib. 2. X. 440. a. *ex* lib.

29. X. 440. b. *ex* lib. 33. *Rurſus* ibid. *ex* lib. 32. X. 440. e. *ex* lib. 6. X. 445. d. *ex* lib. 26. XII. 527. b. *ex* lib. 13. XII. 528. a. *ex* lib. 7. XIII. 576. f. *ex* lib. 14. XIV. 615. a. *ex* lib. 30. XIV. 626. a.-f. (*ex* lib. 4. *cap.* 20 *ſeq.*) XIV. 634. b. *ex* lib. 8. XIV. 651. d. *ex* lib. 34.

POLYCHARMUS Naucratita.

περὶ Ἀφροδίτης, DE Venere *liber*, XV. 675. f.-678. c.

POLYCLETUS *vel* Polyclitus, (Πολύκλειτος,) Lariſſaeus. *Conf. Voſſ. lib. III.* DE *Hiſt. Gr. pag.* 405.

Ἱστορίαι, Hiſtoriae. XII. 539. a. *ubi agitur de rebus Alexandri M.*

POLYCRATES. (*Iudice Meurſio in Bibliotheca Attic. col.* 1603. *idem rhetor & ſophiſta, quem contra Socratem orationem ſcripſiſſe Diogenes Laërtius* II. 38. *aliique tradunt; de quo, praeter Meurſium, conſuli poteſt Menagius ad Laërt. l. c. & Perizon. ad Aeliani Var. Hiſt. XI.* 10.) *Huius*

Λακωνικὰ, Res Laconicae, *citantur apud Athen.* IV. 139. d. *ex auctoritate Didymi Grammatici.* (Θεσσαλικὰ *vero, quae ad eumdem in Ind. Dalec. referuntur,* Philocratis *ſunt, non* Polycratis.)

POLYCRATES, ſophiſta Athenienſis, (*idem, ut videtur, qui contra Socratem orationem ſcripſit, de quo paulo ante dixi*) aſtutus blatero, & lingua maligna, laſcivum librum ſcripſiſſe *perhibetur*,

Περὶ Ἀφροδισίων, DE re Venerea, *cui libro ille falſo* Philaenidis *nomen inſcripſit*, VIII. 335. c. d.

POLYZELUS, *comicus Poëta: diverſus (ut videtur) ab Hiſtorico, de quo deinde. Vide Fabric. & Harleſ. Bibl. Gr. Tom. II. pag.* 488 *ſq. &, quem ibi Harleſius laudat, Hemſterhuſium ad Polluc.* X. 76.

Μουσῶν γοναὶ, Muſarum natales, *comoedia*, IX. 370. f. *n.*

POLYZELUS Rhodius, *hiſtoricus.* (*Voſſ. lib. III. pag.* 406 *ſq.*)

Ῥοδιακὰ, Res Rhodiacae, VIII. 361. c. *Ex eodemque opere ductum teſtimonium, Epit.* I. 31. e. *n.*

Ponticus λεσχηνευτὴς *qui vocatur* XIV. 649. c. *eſt* Heraclides Ponticus iunior, *de quo ſupra.*

POSIDIPPUS, (Ποσείδιππος *vel* Ποσίδιππος, *conf.* III. 87. f. *n.* 118. b. *n.*) Comicus poëta, (*ad quem Epiſtola a Lynceo data memoratur*, XIV. 652. d.) *tacito dra-*

matis nomine citatur I. 32. b. Unus e comicis Poſidippus eſt, qui coquum ſervilis conditionis in ſcenam produxerit, XIV. 658. f. *Fabulae eiusdem memorantur hae:*

Ἀναβλέπων, Viſum-recipiens, (Suſpiciens, *intellexerat Dalec.*) XIV. 661. f.

Ἀποκλειομένη, Excluſa, VII. 301. c. XIV. 659. c.

Ἐφεσία, Epheſia, XIII. 591. e.

Λοκρίδες, Locrae, III. 87. f. *n.*

Μεταφερόμενος, Translatus, III. 118. b.

Παιδίον, Puerulus, Parvulus, III. 94. c. *n.*

Πορνοβοσκὸς, Leno, IV. 154. f.

Σύντροφοι, Coalumni, XIV. 659. c.

Χορεύουσαι, Saltantes mulieres, *ſive*, Mulierum chorus, IX. 376. e.-377. c.

POSIDIPPUS, Epigrammaticus poëta *& epicus, diverſus (ut nobis videtur) a Comico; quare a Scholiaſte Apollonii Rhod. ad* I. 1289. *vocatur* Ποσείδιππος ὁ Ἐπιγραμματογράφος, *puto quo a Comico discernatur. De hoc vide Reiskium in Notitia Poëtarum Anthologicorum, Anthologiae Graecae ſubiectâ, pag.* 258 *ſq. ubi cum alia, tum illud recte monetur, nullâ idoneâ cauſſâ Fabricium Bibl. Gr. Tom. II. pag.* 724. *ſtatuiſſe, Siculum fuiſſe hunc Poſidippum. Fuiſſe autem eumdem & Epigrammaticum & Epicum poëtam ex Athen.* XIII. 596. c. *intelligitur.*

Ἐπιγράμματα *huius citantur* VII. 318. d. X. 412. d. e. 414. d. 415. b. *Denique* XIII. 596. c. *ubi in latina verſione corrige* Poſidippus, *pro eo quod ibi perperam ſcribitur* Poſidonius. *Eodem vero loco, quem proxime nominavi, memoratur etiam* eiusdem Poſidippi

Αἰθιοπία, Aethiopia: *quod Carmen epicum fuiſſe cum per ſe veriſimile videri debebat, tum magis etiam fit probabile ex eo quod alibi memoretur* Poſidippi, *haud dubie eiusdem,*

Ἀσωπία, Aſopia, XI. 491. c. *n. ex qua adponitur etiam hexameter, qui non (ut nobis tum viſum erat, cum Animadverſionem in locum iſtum ſcriberemus) ex Comoedia aliqua, ſed haud dubie ex Epico carmine ductus eſt.*

POSIDONIUS Corinthius. *Huius laudantur*

Ἁλιευτικὰ, Ars Piſcatoria, carmen epicum, I. 13. b.

POSIDONIUS, philoſophus Stoicus, IV. 151. f. 176. b. (*temere ab Athenaeo cum Panaetio confuſus*, XII. 550. d. *n.* & XIV. 657. f. *n.*) genere Apameniſis, *ſed*

Ariſtus Salaminius. *vide Ind. Auct.*

Ariſtus & Themiſon, Cyprii fratres, ab Antiocho Epiphane amati, regnum eius adminiſtrant, X. 438. d.

Arithmeticus, Apollodorus, X. 419. f. *n.*

Aritia ficus. *Vide* Charitia.

Armoracia, genus radiculae. Sic forſan legendum pro Armorea, II. 56. f. *n.*

Arne, oppidum Boeotiae; item Theſſaliae oppidum, colonia ſuperioris. Hinc Ἀρναία, Arnaeus ager, VI. 264. a. b. Βοιωτῶν τῶν τὴν Ἀρναίαν κατοικησάντων, Boeotorum illorum qui Arnaeum agrum habitatum conceſſerant, qui Arnen migraverant. (*Conf. Ind. Graec. in* Κατοικέω.) Hi ſe Theſſalis in ſervitutem tradiderunt certis ſub conditionibus, *ibid.* b. *Iidem* tunc *quidem* Meneſtae vocati ſunt, deinde vero Peneſtae, *ibid.*

Aroanius, Arcadiae fluvius, VIII. 331. e. *n. ubi vulgo olim* Aornus.

Aroclon, phiala, XI. 783. a. (*pag.* 218. *noſtr. ed.*)

Aromata *varia*, propomati ſolita miſceri, *lib.* II. *cap.* 73. Aromata *Indica & Arabica*, thus, myrrha, crocus, caſia, cinnamomum, iris, *&c.* V. 201. a.

Arrianus Grammaticus, Deipnoſophiſta, III. 113. a. *Vide Animadv. Tom. I. pag.* 24.

Arrogantia multum valet in arte qualibet, *lib.* IX. *cap.* 20.

Arſaces, Parthorum rex, Seleucum (*ſive, Demetrium*) capit, & regie tractat, IV. 153. a. *n. Conf. Animadv. Tom. VIII. pag.* 422 *ſq.*

Arſaces Antiochum vincit, bellum ipſi inferentem, X. 439. d. e. *n. Conf. ſupra*, Antiochus *Sidetes*.
Arſinoë, Lyſimachi uxor, ob crebrum vomitum irriſa, XIV. 616. c.
Arſinoë, ſoror & uxor Ptolemaei Philadelphi; quas nuptias acerbe perſtrinxit Sotades, XIV. 621. a. In ſtatuis fingitur Arſinoë manu tenens rhytum, *i. e.* cornu poculum, XI. 497. c. *Eadem* Venus Zephyritis, VII. 318. b. *n.* XI. 497. d. e. Unguentorum ſtudioſa fuit, unde honos Alexandrino unguento, XV. 689. a.
Arſinoë *illa, de cuius nomine* titulum ſingularis libri *fecit* Eratoſthenes, VII. 276. b. *videtur fuiſſe Ptolemaei Philopatoris uxor.*
Arſinoë, oppidum Aetoliae, X. 424. c.
Artaba, *menſurae genus*, XII. 550. f.
Artabazi & Mentoris uxores climacidas e Cypro arceſſunt, VI. 256. d. *n. Eaedem* dein in Macedoniam profugiunt, *ibid.* e. *n.*
Artaxerxes Timagoram vel Eutimum Cretenſem honoribus & donis cumulat, II. 48. d-f. Capit Thyn, regem Paphlagoniae, IV. 144. f. Artaxerxi carus Zeno ſaltator, I. 11. c.
Artemiſia, *feſtum*, *quo* mullus piſcis in pompa circumfertur, VII. 325. c. *Conf. mox*, Artemitia.
Ἀρτεμίσιον, Dianae imago triceps, IV. 168. c. *n.*
Artemiſium *promontorium.* μὰ τοὺς ἐν Ἀρτεμισίῳ κινδυνεύσαντας, IX. 380. d.
Artemitia, maximum feſtum Cyrenis, XII. 549. f. *n. Conf.* Artemiſia.
Artemon ὁ περιφόρητος, *lib.* XII. *cap.* 46.
Articoccus *vel* Articactus, Cinara *veterum*, II. 70. a. *n.*
Artolaganum, panis ſpecies, III. 113. d.
Artopticius panis, III. 113. a. *n.*
Artus, rex Meſapiorum in Apulia, III. 108. f. *n.* 109. a.
Artypſus, Aſiae oppidum, I. 30. a.
Artyſilaus, virile nomen apud Delios, IV. 173. a.
Artyſitragus, virile nomen apud *eosdem* Delios, *ibid.*
Arum aronia: *ſic* a nonnullis vocatur dracontium, IX. 371. d.
Aryballus, poculi genus, XI. 783. f. (*p.* 222. *noſtr. ed.*)
Arycandenſes, Lyciae populus, partibus Mithridatis ſe adiungunt, XII. 527. f. 528. a.

Aryſtas Arcas, in convivio apud Seuthen, IV. 151. b.
Aryſtichos, poculi genus, XI. 783. f. (*p.* 222. *noſtr. ed.*)
Aryſtis, gutturnium, *ibid.*
Aryſtis, *etiam eſt nomen* oppidi Ioniae, XI. 784. a. (*pag.* 223. *noſtrae edit.*)
Arytaena, Ἀρύταινα, hauſtrum, XI. 495. b.
Aryuſium vinum, Chium, I. 32. f.
Aſcaleron, (*vel* Aſcalia) fructus cacti, II. 70. e.
Aſcalon, *oppidum Syriae.* ἡ περὶ Ἀσκάλωνα λίμνη, VIII. 346. f. Aſcaloniae fici, III. 78. a. Aſcalonita, Diodorus Grammaticus. (*Ind. Auct.*)
Aſcalonion, cepae ſpecies, II. 68. e.
Aſchedorus: *ſic Siculis vocatur* aper, IX. 402. b.
Aſclepiadarum filii, *i. e. medici*, III. 115. c. VIII. 355. a. *Proverbialiter dictum:* Huic ſtultitiae ne Aſclepiadarum quidem filii poſſint mederi, VI. 256. c.
Aſclepiades philoſophus cum Menedemo noctu in piſtrino molam agebat, ut ei eſſet quo philoſophiae interdiu operam dare poſſet, IV. 168. a. b.
Aſclepiades Samius, epigrammaticus poëta, Siceli filius; *hinc* Sicelides *dictus apud Hedylum*, XI. 473. a. *n.*
Alios Aſclepiadas *vide in Indice Auctorum, pag.* 65 *ſq.*
Aſcra, Boeotiae oppidum vel vicus: Ἀσκραίων Ἑλικωνὶς κώμη, quo habitatum conceſſit Heſiodus, *ſive eius pater*, XIII. 597. d. *n.* τὰ παρ' Ἀσκραίων τεῦτλα, I. 4. d.
Aſellus piſcis, *lib.* VII. *cap.* 99.
Aſia. Aſiae regnum (Ἀσίδος ἀρχὴν) reliquit Midas, XV. 683. b. *n.* (*Quod h. l. in Dalecampiano Indice legitur:* » Aſiae civitates ob agri fertilitatem luxui inſerviunt » omnes: « *id non generatim* ad Aſiae, *ſed* ad Syriae civitates *ſpectat; ductum eſt autem ex XII.* 527. e.)
Aſiae incolae, οἱ Ἀσιανοὶ, III. 93. d. Κιβύρα ἡ Ἀσιατικὴ, XIV. 657. e.
Aſigmi griphi, X. 448. d. Aſigmos ode Laſi Hermionenſis, X. 455. c. *n. Nec vero Pindarus ſcripſit* oden aſigmon, *ut cum Caſaubono exiſtimant doctiſſimi nonnulli viri;* (*vide Caſaub. ad Athen. X.* 448. d. *& ad X.* 455. c. *Conf. Animadv. Tom. VIII. pag.* 489.) *ſed in una ſuarum odarum de litera ſigma loquens, quam olim κίβδηλον habitam eſſe ait, reſpexit ad Laſi Hermionenſis Oden aſigmon. Vide quae a nobis ad* X. 455. c. *notata ſunt, Animadv. Tom. V. pag.* 586 *ſq.*

Aſinus aquam portans Epeus vocatur a Simonide, X. 456. e. - 457. a. Curru aſinis iuncto aliquando comiſſatum ivit Alexander, X. 434. f.
Aſopia, *antiquum nomen Sicyoniae*, XI. 491. c. *n.*
Aſopichus, ab Epaminonda amatus, ad Leuctram fortiter pugnavit, XIII. 605. a. *n.*
Aſopodorus Phliaſius, (*conf. Ind. Auct.*) cum tibicen aliquando ingenti adplauſu a vulgo eſſet laudatus, Oportet, inquit, magnum accidiſſe malum, XIV. 631. f.
Aſoti, IV. 165. d. e. *& deinceps* cap. 60 & ſeqq.
Aſparagus, *lib.* II. *cap.* 62. Aſparagi in Gaetulia Libyae ad altitudinem 20. cubitorum adſurgunt, II. 62. e. Aſparagus braſſicae, II. 62. f.
Aſpaſia Mileſia, V. 219. d. *n.* *Eamdem* Ἀσπασίαν τὴν ἐκ Μεγάρων ἑταίραν *vocat Heraclides Ponticus apud Athen.* XII. 533. d. *n.* (*conf. Baylii Diction. art. Pericles, nota M.*) Multitudinem formoſarum mulierum in Graeciam invexit, XIII. 569. f. Amatur a Pericle, XII. 533. c. d. ab eodem publice defenditur, cum impietatis eſſet accuſata, XIII. 589. e. Ob eam exortum eſt bellum Peloponneſiacum, XIII. 570. a. *n.*
In eloquentiae praeceptis magiſtra Socratis, V. 219. b. *n.* *Eidem tribuuntur* verſiculi in Socratem compoſiti, *ibid.* c - e. *Eius* amore captum fuiſſe Socratem fingit Hermeſianax, XIII. 599. a. b. Aſpaſia Socratica *vocatur*, XIII. 569. f. *conf.* XIII. 589. d.
Aſpaſia Mileſia iunior, XIII. 589. d. Cyri iunioris concubina, XIII. 576. d. *n.*
Aſpaſia (*iunior, alia,*) Phocaeenſis, cui prius nomen fuerat Milto, *eiusdem* Cyri concubina, XIII. 576. d. *n.*
Aſpaſia, *titulus dialogi* Aeſchinis Socratici.
Aſpedi, conchyliorum genus, III. 85. c.
Aſpendia, *ſi vera ſcriptura*, regio quaedam ſive pars urbis Alexandriae, IV. 174. d. *n.*
Aſpendus, Pamphyliae oppidum. Unde Aſpendius, Diodorus Cynicus; *de quo infra ſub lit. D.*
Aſpendius *qui nominatur* IX. 404. c. *n.* *eum viri docti intelligunt ſolertem illum* citharoedum Aſpendium, *de quo in Animadv. ad* IV. 174. d. *diximus: ſed fortaſſe* gentile nomen coqui *fuerit, cuius proprium nomen in praecedente vocabulo* χονδρείου *videtur latere.*
Aſper, *loci nomen, in quo condita eſt Epheſus. vide* Trachea.

Aſper ſpiritus: *vide mox*, Aſpiratio.
Aſphodelus, II. 58. d.
Aſpidem Nicander ἰοχέαιραν vocavit, III. 99. b.
Aſpirationem, *ſive* aſperum (*vel denſum*) ſpiritum Graeci olim notâ H ſignaverunt: inde Romani omnibus aſpiratis nominibus H praeponunt, IX. 398. a. b.
Aſſata magis cruda & arida ſunt, quam elixa, XIV. 656. b. *Et de* aſſis carnibus *vide ibi totum* cap. 72.
Aſſentatio, & Aſſentatores: *vide*, Adulatio & Adulatores. Aſſentatorum putidum genus *graphice depictum*, VI. 239. e. f.
Aſſus, Myſiae oppidum. Incolae, οἱ Ἄσσιοι, IX. 375. b.
Aſſyriis, (*i. e. Chaldaicis*) literis ſcriptum Epigramma in Sardanapalli monumento, XII. 530. b. *coll.* 529. f.
Aſtacus, piſcis marinus, *de cancrorum familia*, III. 104. f. 105. d. Ingentes aſtaci Alexandriae, I. 7. b. *Conf. Ind. Graec. in* Ἀστακός.
Aſter, flos coronarius, XV. 684. d.
Aſteria, Herculis Phoenicis mater, IX. 392. d.
Aſteropaeus, I. 2. d. *n.*
Aſtra, meretrix Attica, XIII. 583. e.
Aſtyages Cyrum, iam domum profectum, fruſtra conatur retrahere, XIV. 633. d. e.
Aſtyanax a Graecis de turri praecipitatus, II. 66. a.
Aſtycreon, ſanatus a Menecrate medico, eumdem dein comitabatur Apollinis cultu inſtructus, VII. 289. c.
Aſtydamas poëta. *vide Ind. Auct.*
Aſtydamas pancratiaſta, homo & voraciſſimus & robuſtiſſimus, X. 413. a-c.
Aſtydamia, Phorbantis filia, mater Leprei, X. 412. a.
Aſtypalaea, *una e Cycladibus*, leporibus abundans, IX. 400. d. *Incolae*, Ἀστυπαλαιεῖς, ibid.
Aſtyphilus, archon Athenienſis, V. 218. e.
Atarna, Atarnea, & Atarneus, Ἀταρνεύς, *gen.* έως, *Myſiae oppidum: unde* Hermeas Atarnenſis *ab Ariſtotele vocatur* Ἀταρνέως ἔντροφος, XV. 696. d. *n.*
Atergatis, Syrorum regina, colebatur ut Dea, offerebanturque ei piſces, cum veri, tum aurei argenteique, VIII. 346. d. e. Ridicula interpretatio nominis Atergatis, auctore Antipatro Stoico, *ibid.* c. d. (*Conf. de eo Sevin, in Memoires de l'Acad. des Inſcript. Tom. V. pag.* 240.)

Atergatidis filius Ichthys, cum matre in lacu merſus a Mopſo, *ibid.* e.

Athamanes cum Cylicranibus habitant Heracleam Trachiniam, XI. 462. a. Apud eos, dramices & araxis ſunt nomina panes quosdam ſignificantia, III. 114. b.

Athamantis domus everſa eſt ob Themiſto, Hypſei filiam, XIII. 560. d.

Athenae, urbium omnium quas ſol illuſtrat ſplendidiſſima, I. 20. b. Ἑλλάδος μουσεῖον, Ἑλλάδος ἔρεισμα, Ἑλλάδος Ἑλλὰς, ἑστία καὶ πρυτανεῖον τῶν Ἑλλήνων, V. 187. d. *n.* VI. 254. b. Plena *eſt* adulatorum, graſſatorum, ſycophantarum *&c.* VI. 254. b. Athenis omnia veneunt, *lepida Eubuli ecloga*, XIV. 640. b. c.

Athenae, ἡ τὸ καλὸν Μαραθῶνι καταστήσασα τρόπαιον, fictilium vaſorum inventrix, I. 28. c. Athenis dura aqua, I. 33. c. *Ibidem* pulcerrimus panis, III. 109. d. 112. b. c. IV. 134. d. Placentam Athenis paratam *laudat Archeſtratus*, III. 101. d. *item* mel Atticum, *ibid.* e. Perpetuo ibi praeſto eſt omne genus autumnalium fructuum, XIV. 653. f. Noctuae naſcuntur Athenis, XIV. 655. b. Olim cum defeciſſet pecudum genus, lege vetitum erat ne quis intonſa agno veſceretur, I. 9. c. d.

Tota urbs facibus illuſtrata, in honorem Antonii, IV. 148. c. *Conf.* Athenienſes: *&* *Attica.*

Athenaeus Eretrienſis, (ex *Eretria Theſſaliae; vide infra*, Eretria.) adſentator & miniſter Siſyphi Pharſalii, VI. 252. f.

Athenaeus Naucratita, libri huius parens, I. 1. a. *n.* *Conf.* *Praefationem noſtram, pag. V – VII.* *Idem*, unus e Deipnoſophiſtis: *vide Animadv. Tom. I. pag.* 25 *ſq.* *Conf.* *Ind. Auctorum.*

Athenienſes, (*Conf.* Athenae: *&* Attica.) οἱ Κεκροπιδῶν κόροι, auras captant, & ſpe veſcuntur, II. 47. c. οἱ Μαραθωνομάχαι, VI. 253. f. Dioscuris in Prytaneo quale prandium adponant, IV. 137. e.

Athenienſes in conviviis adpoti ſaltare amant, IV. 134. a. Bacchicos & circulares choros praeferunt, IV. 181. c. Seleuco & Demetrio ita turpiter adſentati ſunt, ut non modo ipſis, ſed & ſcortis & adulatoribus Demetrii templa erigerent, *lib.* VI. *cap.* 62 *ſq.* Athenienſes Lemnum incolentes, VI. 254. f.

Lex Athenienſium, qua ſervis de illata ab hero iniuria dabatur actio, VI. 267. a. Athenienſium civium & ſervorum recenſus a Demetrio Phalereo inſtitutus, VI. 272. c. quo reperti ſunt cives Atticam incolentes 21000, ſervi 140000, *ibid.* Servorum iſtorum maior pars in metallis opus faciebat, VI. 272. e. qui rebellantes aliquando arcem Sunii occuparunt, Atticamque diu infeſtarunt, *ibid.* e. f.

Athenienſibus Deli ſacra facientibus futurum imperium maris portento ſignificatur, VIII. 331. f. Maris imperio potiti, actiones & cauſſas forenſes inſularium in Urbem evocarunt, IX. 407. b. c.

Quo die nuncius acceptae in Sicilia calamitatis Athenas perlatus eſt, nil turbari ſe paſſi ſunt Athenienſes, Hegemonem Thaſium in theatro Gigantomachiam ſuam declamantem audientes, IX. 407. a. b.

Parum olim edebant Athenienſes, X. 417. c. IV. 132. e. 137. d. *Sed* Charetis aetate iuvenes & ſenes luxuriâ perditi, XII. 532. c. d. Athenienſium civitatem, quoad luxui indulſit, florentiſſimam fuiſſe *ait* Heraclides Ponticus, XII. 512. b. c. Ob civium invidiam clariſſimi quique Athenienſes extra patriam degere praetulerunt, XII. 532. b.

Athenienſium cum Boeotis controverſia de agro quem Sidas vocant, XIV. 651. f. 652. a.

Athenienſibus ſuaſit Dionyſius Aeneus, ut aeneo numo uterentur, XV. 669. d.

Athenion (*qui ab aliis omnibus auctoribus Ariſtion nominatur: vide Animadv. ad* V. 211. d. & f.) ex ſervulo & philoſophaſtro tyrannus Athenienſium, *lib.* V. *cap.* 48 - 53. Ortus hominis, & prima conditio, V. 211. e. Legatus ab Athenienſibus mittitur ad Mithridatem, 212. a. Magno cum faſtu Athenas redit, 212. b. Verba facit ad populum, 212. f. Athenienſes adv. Romanos concitat, 213. c. Praetor creatur Athenienſium, 213. e. Tyrannidem occupat, & in optimos quosque civium immaniter ſaevit, 213. f. Apelliconem Delum mittit, 214. d. (*Reliqua hominis hiſtoria ex Appiano petenda eſt.*)

Athenion Athenienſis, Peripateticae ſcholae ſectator, herus & pater adoptativus Athenionis illius, qui tyrannus evaſit Athenienſium, V. 211. d-f.

Athenion tragoedus, praeceptor Leontei Argivi tragoedi, VIII. 343. e.
Athenocles, nobilis caelator, XI. 781. e. *n.* 782. b. (*pag.* 212. & 215. *noſtrae edit.*)
Athenodorus Teius, citharista, XII. 538. e. f.
Athenodorus tragoedus, in nuptiis Alexandri M. tragoedias egit, XII. 538. f.
Atherina, piſciculi *nomen*, VII. 300. f. *Item*, *nomen* tibicinae Athenienſis, VII. 329. c.
Atheus cognominatus, Hippon *Rheginus*, XIII. 610. b. *Item*, Theodorus, XIII. 611. a. b.
Athleta omnibus aequalibus robuſtior factus ex caprinae carnis eſu, IX. 402. c. d. Athletarum artem inutilem declarat Euripides, *lib.* X. *cap.* 5. *Item*, ante eum Xenophanes, *ibid. cap.* 6.
Athos mons: circa eum perit exercitus Perſarum, IX. 394. e.
Atlantes, *in architectura*, V. 208. b. *n.*
Atoſſa, Darii uxor, Cyri filia, mammarum dolore adflicta, ſanatur a Democede medico Crotoniata, XII. 522. b.
Atractylis herba, II. 71. a.
Atrax, vel Atracia, oppidum Theſſaliae. *Hinc* Agathocles Atracius, I. 13. c. *n.*
Atreſtidas Mantinenſis, helluo guloſiſſimus, X. 417. a.
Atreus. *Eius* aureus agnus quid fuerit, VI. 231. c. *n.* *cf.* 242. f. *n.*
Attagen, avis, *lib.* IX. *cap.* 39. laudatiſſimus cibus, XIV. 652. e.
Attaginus, (*vulgo olim* Autamnus) Thebanus, Mardonium tenui convivio excipit, IV. 148. e. *n.*
Attalus, patruus Cleopatrae, uxoris Philippi, in Cleopatrae nuptiis inſultat Olympiadi & Alexandro, XIII. 557. d.
Attalus primus, Pergami rex poſt Philetaerum, XV. 697. d. *n.* Eius praeceptor & aſſentator Lyſimachus, VI. 252. c. *n.* Attali porticus Athenis, V. 212. f.
Attanita, placentae ſpecies, XIV. 647. f.
Attica regio, (*conf.* Athenae, & Athenienſes) omnibus rebus excellens, II. 43. b. *n.* Atticum mel, III. 85. a. Attica lana molliſſima, V. 219. a. Quae in Attica naſcuntur aut conficiuntur eximia, his Lynceus Samius

opponit ea quae Rhodi reperiuntur, XIV. 647. a. 654. a. & *alibi*. Atticam Epimenides humano ſanguine expiavit, XIII. 602. c.

Attica perdix, cogn. Ariſtomenis, artificis ſcenici, liberti Adriani, III. 115. a. Attica coena, a Matrone parodo deſcripta, *lib.* IV. *cap.* 13.

Atticus Neapolitanus, paedotriba, folliculum invenit in uſum Pompeii, I. 14. f. *n.*

Avaritiae inſanae exempla, a Chryſippo memorata, IV. 159. a. b.

Audata, Illyria, Philippi uxor, quae ei Cynnam filiam peperit, XIII. 557. c.

Auditus. De auditu in amorem puellae Abydenae incidit Alcibiades, XIII. 574. e.

Aves. *De variis* avium & avicularum *generibus agitur*, lib. II. cap. 68-71. *tum* lib. IX. cap. 15. & cap. 39-52.

Avium capturam norunt heroës Homerici, I. 13. a. 25. d. e. Aves plurimae a voce nomen acceperunt, IX. 392. f. Avium omne genus olim homines fuiſſe *fingit Boeo poëtria*, 393. e. f. Avium foeminis longior vita quam maribus, 389. a. Quibus avibus latior eſt lingua, eae hominum vocem imitantur, 391. b. *n.*

Augeas. Pretium ab eo repetens Hercules in vincula coniicitur, X. 412. a.

Auguſtus imp. amavit palmulas Nicolaas, XIV. 652. a.

Aula, Homero ſemper eſt locus ſub dio, V. 189. e. & f. *coll.* b. Aulas regum colere, hominis eſt vel exſulis, vel eſurientis, vel verberonis, V. 189. e.

Auloedus, αὐλῳδὸς, *differt ab* αὐλητῇ: *ille* voce canit, *hic* tibiâ ſuccinit; & *ille hoc eſt honoratior*, XIV. 621. b. c.

Aulon, apud Thucydidem *nomen loci*, V. 189. c. *n.* Aulones ſacri, *locus* Athenis, *ibid.*

Aurata, piſcis, II. 71. b. *Vide Ind. Graec. voc.* χρύσοφρυς.

Aurea mala, citria, III. 83. c. Aureum poculum Philippi, IV. 155. d.

Auricula marina, conchylii genus, III. 87. f. Aeolibus Auris Veneris dicta, III. 88. a.

Aurum & argentum olim perrarum apud Graecos: ſed ex quo ſpoliatum a Phocicis tyrannis Delphicum templum eſt, nitere apud Graecos aurum, argentum vero etiam luxuriare coepit, *lib.* VI. *cap.* 19. Aurum a Croeſo emerunt Lacedaemonii, Hiero aurum emit

Corinthi, VI. 232. a. b. Aurea donaria in templo Delphico, VI. 231. e. f. Aureorum vaſorum incredibilis copia, in pompâ Ptolemaei Philadelphi, *lib.* V. *cap.* 27 - 34.

Auri ramenta vehentes fluvii, VI. 233. d. V. 203. c. Auri ramenta Ptolemaeo Philad. dono ferunt Aethiopes, V. 201. a. b. Aurum nonnemo ſub exitum vitae, ne id relinquere cogeretur, devoravit: alius tunicae inſuit, qua indutum ſe ſepeliri iuſſit, IV. 159. a. b. Auro nil pulcrius iudicant homines, Ὦ χρυσὲ δεξίωμα κάλλιστον &c. *ibid.* b. c. Aurum & argentum e republ. ſustulerunt Lycurgus & Plato, *lib.* VI. *cap.* 23.

Autamnus: *ſic Ms. pro* Attaginus, IV. 148. e.

Autites vinum, apud Rhodios, I. 31. e.

Autocabdali, (*ſic olim dicti* improviſatores) qui deinde Iambi, XIV. 621. f. 622. b.

Autocles, XI. 472. d. Autocles & Epicles, poſtquam bona omnia abligurierunt, cicutâ epotâ vitam finierunt, XII. 537. c. *quo adludere videtur Theophilus comicus*, XI. 472. d.

Autoclides: *vide Animadv. ad* XIII. 567. e. *Conf. Aeſchinem contra Timarchum, pag.* 76 *ſq.* (*non* 67 *ſq.*) *edit. Reisk.*

Autolycus, *avus maternus Ulyſſis:* ei recens natus Ulyſſes a nutrice ſuper genua ponitur, XI. 459. a. & 460. a. *n.*

Autolycus, Calliae puer delicatus, Panathenaeis quinquertii coronam accepit, V. 187. f. *Eius* pulcritudo (in Xenophontis Convivio) omnium oculos in ipſum convertit, 188. a.

Autopyrites & autopyrus panis, III. 110. e. *Aliis* xeropyritas, III. 114. c.

Autoſitos. *vide Ind. Graec.*

Axillam *ſ.* Alam Graeciae (μασχάλην τῆς Ἑλλάδος) Byzantium *adpellavit Stratonicus*, VIII. 351. c.

Axiochus, pulcri Alcibiadis amator, XIII. 575. e. Abydi concubinam cum Alcibiade communem habuit, XII. 534. f. 535. a. XIII. 575. e. *Conf. Ind. Titul.*

Axiothea. vide Biothea.

B.

Babylon. ἣ ἐν Βαβυλῶνι λίμνη, *cuius* aqua per aliquot dies *fit* rubra, II. 42. e. Babylone quotannis feſti dies

aguntur, Saturnalibus Romanorum ſimiles, XIV. 639. c. *n.* Babylonis ager frequentes palmas arbores fert, plerasque frugiferas, XIV. 651. c.

Babylonicum vinum, Nectar dictum, I. 32. b. Babylonicum unguentum, XV. 692. e.

Babylonius, Agathocles, *vide Ind. Auct.*

Babys, idem qui Typhon, regnans olim in Aegypto, XV. 680. a. *n.*

Babys, *apud Hipponactem*, tibicinis *nomen; a quo Proverbium in malos tibicines:* Peius canit quam Babys, XIV. 624. b.

Baccaris unguentum, *lib.* XV. *cap.* 41. XII. 553. a.

Bacchanalia, (*conf.* Dionyſia.) *Feſtis illis diebus* Graeci omnes, exceptis Lacedaemoniis, temulenti ſunt, IV. 156. a.

Baccheutas, Βακχευτὰς, *cogn. Bacchi*, XI. 465. b. *n.*

Bacchica ſacra, τὰ Βακχικὰ, XIV. 659. f. Bacchica pompa Ptolemaei Philad. *lib.* V. *cap.* 27 *ſqq.* Bacchicum antrum, IV. 148. b. V. 200. e. Bacchicae crepundiae, IV. 148. c. Bacchici chori & Bacchantes mulieres, Macetae, Mimallones, *&c.* V. 198. e. *Conf. mox* Bacchus.

Bacchici artifices, (*Ind. Graec.* τεχνῖται) V. 212. d.

Bacchidas, Βακχείδας, Sicyonius, ſaltator & muſices magiſter, *in quem eſt* Epigramma honorificum, XIV. 629. a.

Bacchidas, Βακχίδας τις, qui Sardanapalli vitam vixerat, *conſentaneum in ſepulcro* Epigramma *inſculptum habuit*, VIII. 336. d.

Bacchis Samia, meretrix, cum Plangone Mileſia amicitiam contraxit mira quâdam occaſione, XIII. 594. b. ſerva fuerat Sinopae, ipſa ſervam habuit Pythionicam, XIII. 595. a.

Bacchius, *graece* Βάκχιος, *idem qui* Bacchus; *& metonymice*, vinum, XI. 782. e. *n.* (*pag.* 212. *noſtrae edit.*) XV. 666. c.

Bacchus medicus, I. 22. e. ἰατρὸς & ὑγιάτης, II. 36. e. Bacchus, *idem* Priapus, Thriambus, & Dithyrambus, I. 30. b. Διμάτωρ, II. 39. b. Limnaeus, Evanthes, Βακχευτὰς, Bromius *&c.* XI. 465. a. b. *n.* Bonus Deus, *vide in* Bonus. Bacchus Χοοπότης, XII. 533. e. Bacchus rectus, ὀρθός: *eius* ara, II. 68. c.

& templum, IV. 179. e. Meilichius *adpellatus* Naxiis, ob ficos introductas, III. 78. c. *item* Βακχεὺς, ob inventum vinum, *ibid.* Sycites, apud Lacedaemonios, III. 78. c. *n.* Bacchus furens, XIV. 613. a.

Bacchus a Nymphis enutritus, II. 38. d. *n.* XI. 465. a. b. XV. 693. e. Bacchus & Hybris simul nati, II. 36. d. Cum tauro & cum panthera confertur, II. 38. e. fingitur cornibus instructus, & Cyzici sub tauri forma stat consecratus, XI. 476. a. *n.* A noverca Iunone mente deturbatur, X. 440. d. *unde* Bacchici furores, *ibid.* & XIV. 613. a. A Iunone exagitatus, ad mare confugit, V. 201. c. *quae* fuga ad mare *allegorice explicatur*, I. 26. b. Bacchus vitem in Graeciam ab Erythraeo mari transtulit, XV. 675. a. *Idem*, pomorum *etiam* inventor, III. 82. c.

Bacchi avus Cadmus, XIV. 658. e. Bacchi commilito Maro, I. 33. d. Bacchi minister, in Simonidis aenigmate, X. 456. c. d. Bacchi nutrices Nymphae: *vide paulo ante.* Bacchi sacerdos in Ptolemaei pompa, Philiscus poëta, V. 198. b. c. Bacchi statua colossalis, *ibid.* c. d. Bacchi sanguis mixtus lacrymis Nympharum, XI. 465. c. Bacchi statuam publicam ad sui similitudinem confici curavit Pisistratus, XII. 533. c.

Baccho aeque ac Apollini sacer tripus, II. 38. a. Baccho sacra corona, XV. 675. d. *Eidem* sacer cotyliscus, XI. 479. c.

Bacchum deum qui temulentum fingunt pinguntque, male faciunt, X. 428. e.

Bacchum se renunciari iussit Antonius IV. 148. d. Novus Bacchus *adpellatus* C. Caligula, IV. 148. d.

Bacchus piscis, VII. 306. e. *n.* VIII. 356. b.

Bacchylus, *apud Eleos*, panis sub cinere coctus, III. 111. d.

Bactriae mulieres, *i. e. Persicae*, XIV. 636. a. *n.* Bactriani cameli, V. 219. a. *conf. Animadv. Tom. V. pag.* 605.

Baculo vectus Cephisodorus descendere de locis acclivibus solebat, XIV. 615. f. Diogenis baculus simul cum duobus pedibus, non facit tripodem, II. 49. a.

(Bagazus, *mendosum nomen*, XIII. 609. a. *n. pro* Megabazus *vel* Megabyzus.)

Bagoam eunuchum impotenter amavit Alexander, XIII. 603. b.
Baiae, Βαῖα ἢ Βαίου λιμὴν, ubi fons aquae non potabilis, II. 43. b.
Balaena, ἡ φάλαινα, VIII. 333. f. *n.*
Balanos, *Quercus arbor*, una Nympharum Hamadryadum, III. 78. b.
Balbinum vinum, *ſive* Barbinum, I. 27. b. *n.*
Balletys, feſtum, βαλλητύς. *Vide in* Eleuſis.
Ballion. *vide Animadv. ad* IV. 166. c.
Ballizare, *ſaltare*, VIII. 362. a.
Balnea *vel* Lavacra, laſſitudinis remedia, I. 24. c. *Eorum* varia genera apud Homerum, *ib.* c-d. Balnea calida, nuper introducta, noxia, I. 18. b. c. Poſt balneum nonnulli, purgandi ventriculi cauſſa, vinum largiter hauſtum, evomunt, XV. 665. e. In balneo necatus eſt Minos, I. 10. e. *n.*
Baphyrus, fluvius Pieriae, Dium oppidum praeterfluens, VII. 326. e.
Barathrum, meretrix Attica, XIII. 587. f.
Barbam radere, Alexandri aetate coeptum, viro indignum; apud Rhodios & Byzantios lege quidem vetitum, attamen omnium uſu receptum, *lib.* XIII. *cap.* 18. In ſuperiori labro barbam (myſtaces) alere vetitum erat apud Lacedaemonios, IV. 143. a. *n.*
Βαρβῖνος οἶνος. *vide* Balbinum.
Barbiton & Barbitos, inſtrumentum fidibus tenſum, IV. 182. e. Anacreontis inventum, IV. 175. c. *ſive* Terpandri, XIV. 635. d. Barbitos aut barmos, XIV. 636. c.
Barca, urbs Cyrenaicae. Inde Barcaeus, Menecles. (*Ind. Auct.*)
Bardi, poëtae apud Gallos, VI. 246. c. d.
Barmos, *idem ac* Barbitos, XIV. 636. c.
Baſilis nympha, (*rectius, puto*, regia ſponſa, *ſive*, iuvenis regina,) XV. 691. a.
Baſſarae, mulieres bacchantes, V. 189. c.
Baſtarna, homo quinque cubitorum, συνδέτης Marii Aquillii, V. 213. b.
Baſynias, placentae genus, XIV. 645. b.
Bathanatius, dux Cordiſtarum Gallorum, VI. 234. a. b. *n.* *A quo nomen invenit* Bathanatia via, circa Iſtrum flumen, *ibid.* b.
Bathycles Arcas, poculum aureum deſtinavit ſapientum

praestantissimo, XI. 781. d. *n.* (*pag.* 211. *nostrae ed.*) XI. 495. d.
Bathyllus Alexandrinus, saltationis tragicae auctor, I. 20. d. e. *A quo* Βαθύλλειος ὄρχησις, *ibid.*
Batiaca, & Batiacium, phiala Persica, XI. 784. a. (*p.* 223. *nostrae ed.*) & XI. 784. e.
Bation, *vasis genus*, XI. 784. b. *n. ubi quidem* Basia (βασία, *plur. num.*) *habet codex noster.*
Batis piscis, raia. *Vide Ind. Graec. in* Βάτις.
Batrachus piscis, *lib.* VII. *cap.* 26. *Conf. Ind. Graec. in* Βατρ.
Batrachus, *etiam* hominis nomen, VII. 329. c. *n.*
Battalus, cantilenae *cuiusdam* titulus, IV. 176. d. *n.* (*Fuerat autem* Battalus, *vel* Batalus, *tibicen lascivus; de quo conf. Solanum, ad Lucian. adv. Indoct. cap.* 23. & *Suidam in* Βάταλος, *ibique Küsterum.*)
Battis. *vide* Bittis: & *in Latina versione*, XIII. 598. f. *pro* Battidem, *corrige* Bittidem.
Baucalis, vas potorium apud Alexandrinos, XI. 784. b. (*pag.* 224. *nostrae edit.*)
Beatorum insulae: *in eis nascitur* herba qua pascuntur Solis equi, VII. 296. e.
Bellaria. *Vide* Mensae secundae: & *Ind. Graec. voc.* τράγημα, τρωγάλια, & ἐπιδορπίσματα, XIV. 640. c. Bellariorum residuum, ἀποτράγημα *adpellatur*, XIV. 658. d.
Bellerophontes apud Homerum, V. 185. b. c. *Patriâ* Corinthius, amatus a Steneboea, X. 427. e. *n.* Bellerophontes e Pegaso pugnans Chimaeram iaculis interfecit, XI. 497. b.
Bellica virtus poëticae arti praeponitur ab Alcaeo, ab Archilocho & Aeschylo, *lib.* XIV. *cap.* 23.
Bella & calamitates ob mulieres ortae, *lib.* XIII. *cap.* 10. *Sic* bellum sacrum, XIII. 560. b. *n.* bellum Crissaeum, 560. b. c. Peloponnesiacum, XIII. 570. a. Bellum a muliere cum muliere gestum, XIII. 560. f.
Bella servilia. *vide infra*, *voc.* Servi.
Bellicum, τὸ πολεμικὸν, modus quidam αὐλήσεως, XIV. 618. c.
Bembrades pisces, *lib.* VII. *cap.* 28.
Beneventum, Italiae oppidum, ubi vinum καπνίας, I. 31. e. Βενεφρανὸς οἶνος, vinum Venefranum, I. 27. c.
Berbea, Βέρβεια, puellae nomen apud Antiphanem, III. 84. c.

Berenice, uxor Ptolemaei primi *Soteris*, V. 203. a. *Cui consecratum* templum, Bereniceum, V. 202. d.
Berenice, Ptolemaei *Philadelphi* filia, Antiocho *Deo* Syriae regi nupta; cui pater aquam e Nilo mittendam curavit, II. 45. c. *n.*
Berenice ἡ Μεγάλη, *immo* ἡ Μάγα *vel* ἡ τοῦ Μάγα, Cyrenarum regina, XV. 689. a. *n.*
Berenice, oppidum Libyae, II. 71. b.
Berex, *f.* Berax, mazae ſpecies, III. 114. f. *n.*
Beriſades, rex Ponti, VIII. 349. d. *n.*
Beroea, Syriae oppidum. Hinc Beroënſis, Βεροιαῖος, Heracleon, IV. 153. b.
Beſſa, Βῆσσα *vel* βῆσα, poculi ſpecies apud Alexandrinos, XI. 784. b. *n.* (*pag.* 224. *noſtr. ed.*) XI. 497. d.
Beſtia Matreae, ſe ipſa comedens, I. 19. d.
Beta, cum malva, lapatho *&c. numeratur* in oleribus agreſtibus, *i. e.* ſponte naſcentibus, II. 61. c.
Betae, σεῦτλα vel τεῦτλα, & quatuor earum ſpecies, *lib.* IX. *cap.* 11.
Bibaces & ebrioſi viri *recenſentur lib.* X. *cap.* 45 *ſqq.* Mulieres bibaces, *cap.* 56. Bibaces populi, *cap.* 59 *ſq.* Bibacitatis certamen inſtituit Alexander, X. 437. a. Dionyſius, *ibid.* b. Periander, *ibid.* f.
Bibere, eſt vivere, I. 22. f. Priusquam bibamus, mediocris cibus capiendus, *lib.* III. *cap.* 91. Bibere coactum, par malum eſt ac ſitim perpeti, X. 428. a. Qui bibendi modum non tenet, is nec linguae nec mentis ſuae herus eſt, 428. d. Bibendum tantum eſt, ut a potu praeclara quaevis deſignes, XI. 462. f. Bibere dextrorſum, *lib.* XI. *cap.* 10. In orbem bibere, *lib.* XI. *cap.* CXI. Minutatim bibendum, ac velut irrorandum, XI. 504. c. d.
Biblia, ἡ Βιβλία, Thraciae regio, & Biblini montes; unde Biblinum vinum, I. 31. a.
Bibliolathas cognominatus Didymus, IV. 139. c.
Bibliothecas qui primi inſtituerint, I. 3. a. b.
(Βικεντῖνος οἶνος: *ſic temere olim edd. pro* Βυξεντ.)
Biliſtiche, nobilis meretrix Argiva, XIII. 596. e. Ptolemaei Philadelphi concubina, XIII. 576. f.
Bion Boryſthenita, philoſophus, meretricis filius, XIII. 591. f. & 592. a. In convivio utitur Sophocleo dicto, Ἰνὼ δὲ *&c.* VIII. 344. a.

Biothea, (*ſive* Axiothea) uxor Nicocreontis, Cypri regis, VIII. 349. e. *n.*
Biſaltia, *Macedoniae Thracicae regio & oppidum*, III. 77. d. IX. 401. b.
Biſaltae, οἱ Βισάλται, Cardianos praelio ſuperant, equis Cardianorum ad tibiarum modos ſaltantibus, XII. 520. d. f.
Biſtacium, *idem quod* Piſtacium, XIV. 649. d.
Bithynorum rex, Zelas, II. 58. c. Bithyni, ſervi Byzantiorum, ut Hilotae Lacedaemoniorum, VI. 271. c.
Bithys, paraſitus & amicus Lyſimachi regis, VI. 246. d. e. XIV. 614. f.
Bittis, amica Philetae, quam ille carmine celebravit, XIII. 598. f. *n.*
Blautae ἀφόρητοι, III. 98. a.
Blema, (*ſive* Bletha) panis intritus & calidus, III. 114. d.
Blepaeus, locuples homo Athenis, VI. 241. c.
Blepſias piſcis, VII. 306. f. *n.*
Blepſias, *cognomen quod* (*per iocum, puto*) *tribuitur* Arriano Grammatico Deipnoſophiſtae, III. 113. e. & 114. a.
Blomilius panis, *qualis*, III. 114. e.
Boa, meretrix Paphlagonia, mater Philetaeri, regis Pergami, XIII. 577. b.
Boanthemum, flos coronarius, alte caput extollens, XV. 683. e.
Boax piſcis, Mercurio ſacer, unus ex omnibus piſcibus vocem edit, *lib.* VII. *cap.* 27. *Conf.* VII. 322. b. Maenidi ſimilis eſt, VII. 313. a.
Bocchoris, Neochabidis filius, rex Aegypti frugalis admodum in victu, X. 418. e.
Boëdromione menſe venit hirundo, VIII. 360. b.
Boeoti, anguillas Copaidas ſacrificant, VII. 297. d. Boeoti, qui Arnaeam migrarunt, Theſſalis ſe in ſervitutem tradiderunt certis conditionibus, VI. 264. a. b. Boeoti poſt Leuctricam pugnam deſidiae & temulentiae ſe tradiderunt, X. 418. b. *Unde* mera vaſa *dicuntur, ibid.* a. *Ob* voracitatem *etiam* traducti, *lib.* X. *cap.* 11. & IX. 410. d. De agro, quem Sidam vocabant, contendunt cum Athenienſibus, XIV. 651. f. Multis rebus alia nomina, atque alii Graeci, impoſuerunt: *vide* XI. 495. c. & e. & *conf. infra, voc.* Salmonii.
Boeotiae anguillae, eximiae, I. 27. e. Boeotia vir-

go Copais, *ſic vocatur* anguilla, VII. 300. c. Boeotiae fons Tilphoſſa, II. 41. e. Boeotii ſcyphi, iidem Heracleotici, XI. 500. a. & b.

Boeoticus, Βοιωτικὸς & Βοιωτιακὸς, VII. 329. a. *n.* & X. 416. c. Boeotule! Βοιωτίδιον, III. 112. f.

Boïdion, coquus Athenienſis, IX. 378. a.

Bolbe, Βόλβη, mater Olynthi, patre Hercule, VIII. 334. e.

Bolbe lacus, Βολβὴ λιμνὴ, *Mygdoniae in Macedonia*, VII. 311. a. *n.* VIII. 334. e. *n. ubi* Βολβὴν *pro* Βόλβην *reponendum.*

(Bolbiticum Nili oſtium, *lib.* II. *cap.* 90 *extr.*)

Bolbophace, *vide Ind. Graec.*

Bolbos, *Bulbus*, celebris olim ſaltator, I. 22. c.

Boletinus panis, III. 113. c. Boletus, *ibid. coll. Animadv.*

Bombylius animalculum, XI. 784. d. (*pag.* 225. *noſtr. ed.*) Oritur ex eruca, VIII. 352. f. *n.*

Bombylius, poculi genus, VI. 262. b. *n.* XI. 784. d. XI. 484. e. 485. a.

Bona quatuor optima, XV. 694. e. f.

Bonum ubique bonum eſſe, *ait Plato*, VIII. 354. d.

Bonus Deus, *i. e.* Bacchus, II. 38. d. XV. 675. d. *n.* Boni Dei poculum, XV. 692. f. 693. b. Boni Dei propinatio, *lib.* XV. *cap.* 48.

Bonus vir, *quis dicendus*, Ἀγαθὸς ἀνὴρ λέγοιτ' ἂν &c. X. 458. a. Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν, IV. 178. b.

Boreadae, ſive quid eſt aliud velocius, VI. 244. e.

Bormus, vir illuſtris apud Maryandinos, cuius in honorem cantica canuntur, XIV. 619. f. 620. a.

Boryſthenes fluvius, I. 6. d. *Eius* aqua levis, ſubinde violacea, II. 41. e.

Boryſthenita, Bion. (*vide ſupra*, & Ind. Auct.)

Bos, *quadrupes*, ſaginatus, omni tempore eſu gratus, VII. 282. b. c. Bovem aratorem Dionyſius γαρόταν vocare conſueverat, III. 98. d. Boves Cyprii ſtercore veſcuntur, III. 95. f. *n.* Boves Moloſſi cornua habent immanis magnitudinis, XI. 468. d. *item* Pannonii, XI. 476. d. *Conf.* Taurus.

Bos piſcis, ex cartilagineis, VII. 330. a. Boves a piſcatoribus vocantur piſces, qui aliâs ſalpae, VII. 322. f.

Bos, cognomen Cleonis citharoedi, VIII. 349. c.

Bosporus, ταριχόπλεως, III. 116. b. *Accola Bospori*, Bosporita, ὁ Βοσπορίτης, VII. 319. b.
Botellus sanguine farctus, III. 125. e.
BOTRYS, Messenius Siculus, (*cuius nomen inseri debuerat Indici Auctorum*) primus fecit carmina eius generis, quae παίγνια dicuntur, VII. 322. a.
Box piscis, *idem qui* Boax; *de quo supra.*
Brabyla, (*sive* Brabila,) *fructus*, pruna, II. 49. f. & 50. a.
Bracana, (*neutr. plur.*) *olus sylvestre*, VII. 316. e.
Brassica, ebrietatis *habebatur* remedium, I. 34. c. d. *item* brassicae semina, *ibid.* e. De Brassica, *vel* crambe, *ex professo*, *lib.* IX. *cap.* 9 *sq.* Brassicae tria genera, IX. 369. e. Brassicam Attici ῥάφανον vocant, *non* κράμβην, IX. 369. f. Iuramentum μὰ τὴν κράμβην, IX. 370. b.
Brassica Alexandriae amara est: & semen Rhodo Alexandriam delatum primo quidem anno dulcem fert brassicam, sed sequente anno olus pro soli natura amarescit, IX. 369. f. μάντις, *i. e.* vates, *vocatur* brassica apud Nicandrum, IX. 370. a. b.
Brattime, (*perperam olim* Brotime *edd.*) panis furfuraceus, III. 114. e.
Brauron, locus Atticae, *ubi* Dianae templum, VI. 233. a. *n.*
Brennus, VI. 234. b.
Brenthium unguentum, XV. 690. d. *n.* & *ibid.* e.
Briareus, *proverbialiter dicitur* vir qui magnus & fortis & formidabilis esse videtur, IX. 376. f. *Sic per ironiam adpellatur* Demosthenes, VI. 224. a.
Brincus *piscis*, VII. 322. e. *n.* *Conf.* VII. 286. f. *n.*
Brisēis: propter eam concitata ira Achillis, XIII. 560. b.
Brizo, Βριζώ, Dea a Deliis mulieribus culta, vaticinia per somnum edens, VIII. 335. a. b.
Bromiades, (*plur.*) poculorum genus, XI. 784. d. (*pag.* 225. *nostr. edit.*)
Bromidia, tibicina, Deiniadae filia, XIII. 605. b.
Bromius, cognomen Bacchi, XI. 465. b. Bromius Deus, IV. 137. b. Bromii poculum, IV. 137. a. *n.* Bromius, *saepe dicitur pro* vino. *vide Ind. Graec.*
(*Brotime. vide* Brattime.)
Bruttia, ἡ Βρεττία, *vel* ἡ Βρεττιανή, proceriſſimarum arborum ferax, V. 208. e. *n.* *ubi pro vulgato olim* Βρεττανίας *legendum* Βρεττιανῆς.
BRYSON Heracleota, (*Ponticus, Herodori filius, Pytha-*

goreus philoſophus) e cuius disputationibus multa hauſiſſe Platonem *ait Theopompus*, XI. 508. d. *n. Idem*, unà *cum Platone* veluti *quidam* Platonis ſocius, nominatur ab Ephippo comico, XI. 509. c. *n.* (*A Ionſio*, De *Script. Hiſt. Phil. lib. I. cap.* 15. *num.* 5. *in Socraticorum numero refertur, neſcio qua auctoritate.*)

Brytum, vinum hordaceum, bibunt Thraces & Phryges & Aegyptii, X. 447. b. c. Paratur etiam e radicibus, X. 447. c.

Bubali, in pompa Ptolemaei Philadelphi, V. 200. f.

Buccea Theſſalica, *i. e.* ingens, X. 418. d. Inter bucceam & os multa intervenire poſſunt, III. 104. a. *n.*

Buccina, *aenigmatice ſignificata:* domum me vocat mortuum animal vivo ore reſonans, X. 457. b. *n.*

Buccinum, conchyliorum genus. *vid. Ind. Graec. voc.* Κήρυξ. Buccinorum cervices & mecones, III. 88. d. e.

Bucoliaſmus, modus quidam tibialis, XIV. 618. c. 619. a. b.

Bugloſſum *vel* Bugloſſus, *ſolea* piſcis, VII. 288. a. b. *n.* 330. a. b.

Bulbi, *& variae eorum ſpecies, ex profeſſo, lib.* II. *cap.* 64-67. *cf. Ind. Graec. in* βολβός. Bulbus ſub cinere domitus, & bene condîtus, I. 5. c. *n.* habet vires aphrodiſiacas, *ibid. &* II. 63. f. - 64. b. Bulbus inter ἕψήματα refertur, II. 61. c. Lanigeri Bulbi, II. 64. d. Lenticula cum bulbis, bolbophace, IV. 158. b. Bulbi codyon, *bulbi caput*, flos coronarius, XV. 680. e. *n.*

Bulbinae, II. 64. b. c. Iovis Olympii cantores, *ibid.* c.

Bulbus, *nomen proprium. Vide* Bolbos.

Buphthalmum, flos coronarius, XV. 684. b.

Burichus, Demetrii Poliorcetae adulator; cui aram & heroum exſtruxerunt Athenienſes, VI. 253. a.

Butyrum, IV. 131. b. *n.* Oleum ex lacte, X. 447. d. *n.*

Buxentinum vinum, Βυξεντῖνος οἶνος, I. 27. a. *ubi temere olim* Vicentinum *edd.*

Byblinum vinum, Phoenicium, palmeum, I. 29. b. c. *n.*

Bycchis, *aeolico idiomate idem nomen ac* Bacchis, X. 430. b. *n.*

Byzantium, Βύννων ὡραίων μήτηρ, III. 116. b. μασχάλη τῆς Ἑλλάδος vocatur a Stratonico, VIII. 351. c. *n.*

Byzantii, vino valde dediti, X. 442. c. ob mercaturam & oppidi commoditatem luxurioſi, XII. 526. e. ſalitos cibos omnes amant & alliatos & abſinthio con-

ditos, IV. 132. e. Bithynis pro servis utuntur, ut Lacedaemonii Hilotibus, VI. 271. b. Byzantiis lege vetitum est novaculâ radi, raduntur tamen omnes, XIII. 565. c. d. Byzantios, orta seditione, lepida oratione ad concordiam revocat Pytho orator, obesus admodum homo, XII. 550. f.

Byzantiorum aedicula Olympiae *in Iovis templo*, XI. 480. a. Glossae Byzantiorum, XI. 495. c.

Patriâ Byzantii *ab Athenaeo memorantur:* Aristophanes Grammaticus; Leonidas; Parmeno poëta; Pytho; *&c.*

C.

Caccabae nonnullis *dicuntur* perdices, a voce quam edunt, IX. 389. f. 390. a.

Caccabus, *Graece* κακκάβη, *i. q.* χύτρα, olla, IV. 169. c.

Cacodaemonistae, XII. 551. f. *n.*

Cactus in Sicilia nascitur, non in Graecia, II. 70. d. e. Cactus Theophrasti an idem cum carduo Romanorum & cinarâ Graecorum, II. 70. d-f. *& Animadv. ad* 70. e.

Cadiscus, vas potorium, *lib.* XI. *cap.* 46.

Cadmus, Bacchi avus, coquus fuerat regis Phoenicum, XIV. 658. f. Cadmi & Harmoniae monumentum sepulcrale, XI. 462. b. Cadmi τύποι, *literarum characteres a Cadmo inventi aut in Graeciam delati*, III. 82. a. *n.* Cadmi mensa Oedipo adponitur a filio Polynice, XI. 465. e.

Cadus, *lib.* XI. *cap.* 45.

Caecoa. *vide* Coecoa.

Caecubum vinum, I. 27. a.

Caelatores clari, Cimon & Athenocles, XI. 781. e. (*pag.* 212. *nostr. ed.*) *Tum*, Crates, Stratonicus, Myrmecides, Callicrates, Mys, XI. 782. b.

Caeneus Antiphanis, X. 433. c. *n. scil. in fab. cui* Caeneus *titulus. Pro* καινὸς, VI. 242. f. Καινεὺς *legendum censuit Casaub.*

Iulius Caesar, qui primus in Britanniam traiecit, nonnisi tres servos secum habebat, VI. 273. b.

Calabri. *vide* Colabri.

Calabrismus, saltationis genus Thracicum, XIV. 629. d. *n.*

Calacte, *Siciliae oppidum. Unde* Caecilius orator Calactinus, ὁ ἀπὸ τῆς Καλῆς ἀκτῆς, VI. 272. f. *n.* XI. 466. a.
Calaides, VIII. 342. c. *n. Sed ibi pro* vulgato ὦ Καλλαίδη, *legendum videtur*, ὦ Καλλία, ἦ.
Calamodrys Cyzicenus, athleta voraciſſimus, X. 415. e.
Calamus Cyprius, II. 62. e. Calamo coronantur Lacedaemonii, XV. 674. a.
Calanus, ultro rogum conſcendit: poſt cuius obitum ludos inſtituit Alexander, & in his bibacitatis certamen, X. 436. a.
Calaſiris, veſtis Perſica, qua & Epheſii utebantur, XII. 525. d. *n.*
Calathiſcus, & Calathiſmus, ſaltationis formae, XIV. 630. a. & 629. a.
Calathus, pars navis, V. 206. b. *n.*
Calceamentorum luxus, I. 18. e. Lacedaemoniorum calceamenta optima, XI. 483. b.
Calchedon. *vide* Chalcedon.
Calculorum *ſ.* latrunculorum ludus, *lib.* I. *cap.* 29.
Cale, *vel* Calle, *an meretricis nomen?* XIII. 592. b. *n.*
Calcha flos, (*Romanis* caltha,) XV. 682. a. *n.* 684. c.
Caleras, *viri nomen in fabula Chirone, quae Pherecrati tribuitur*, IX. 368. b. *niſi pro* ὁ Καλέτας *ſcriptum oportuit* ὁ καλέτας.
Calices, Κύλικες, nobilis Illyrici locus, XI. 462. b.
Caliculos (κυλικίδας) vocant Athenienſes medicamentorum pyxides, XI. 480. c.
Calidâ lavari, indignum viro forti, I. 18. c.
C. Caligula Imp. Bacchi cultu inſtructus ius dicebat; & Novus Bacchus voluit adpellari, IV. 148. d.
Calix, κύλιξ, *lib.* XI. *cap.* 5. & *cap.* 60 *ſeq.* (*conf.* Poculum.) Calix amicitiae, *lib.* XI. *cap.* 106.
Calicem fictilem floribus & aromatibus repletum ſecum ſumunt Syracuſis proficiſcentes, quem deinde certo loco in mare proiiciunt, XI. 462. b. c.
Calices Argivi & Attici, XI. 480. c. d. Naucratitae, *ibid.* d. e.
Callabides, figura *quaedam* ſaltationis, XIV. 629. f. 630. a. 646. f.
Callaeſchri filius, Critias, IV. 184. d. XV. 668. b.
Callias, is quem luxuria & adulatores perdiderunt, fuit Hipponici filius, Calliae nepos, Hipponici illius

pronepos, qui pecuniam in arce Athenienſi depoſuit; qui ipſe fuerat nepos illius Hipponici, Calliae filii, cui Ammon cognomen fuit, apud quem haeredes Diomneſti Eretrienſis depoſuerant eam pecuniam, quae poſt mortem ducis Perſarum penes illum manſerat, XII. 537. a. b. *n.*

In hunc Eupolis *fabulam ſuam* Adulatores ſcripſit, I. 23. f. V. 218. b. c. VII. 286. b. XI. 506. f. *In* aſotorum numero *merito memoratus*, IV. 169. a. tibiis canendi peritus, IV. 184. d. Convivium inſtituiſſe *fingitur*, quod deſcripſit Xenophon, V. 187. f. Mortuus eſt pauper & omnium rerum egenus, XII. 537. c.

Callias orator, obſonii ganeo, VIII. 342. b. c. *Conf. ſupra, in* Calaides.

Callias poëta. *vide Ind. Auct.*

Callichthys piſcis, *idem atque* anthias, a quo tamen diverſum faciunt alii, VII. 282. c-e.

Callicles, navium faber apud Menandrum, XI. 474. c.

Callicrates *Athenienſis*, pater Calliſtrati demagogi, IV. 166. e.

Callicrates Lacedaemonius, clarus caelator, XI. 781. b. *n.*

Callicrates, Ptolemaei tertii, Aegypti regis, adulator, VI. 251. d. *n.*

Callimachus, archon Athenienſis, V. 217. b.

Callimedon orator, Demoſthenis ſeculo clarus, κάραβος (*i. e. Locuſta piſcis*) cognominatus, heluo & lurco inſignis, III. 100. c. d. 104. c. d. *lib.* VIII. *cap.* 24. *Inde etiam* locuſta piſcis *ipſe, per iocum*, Callimedon *dicitur*, VIII. 339. f. Paraſitus, VI. 242. d. Ex collegio ſexaginta ſcurrarum, XIV. 614. d.

Callinicus, modus quidem αὐλήσεως, XIV. 618. c. *n.*

Callionymus piſcis, *idem atque* Anthias, a quo tamen diverſum ſtatuunt alii, *lib.* VII. *cap.* 17.

Calliphanes, *cognomine* Parabrycontis filius, I. 4. c.

Callippides tragoedus, imperia dat remigibus cum triumphans Athenas rediret Alcibiades, XII. 535. d.

Callippus, Platonis diſcipulus, Dionis familiaris, Dionem interficit; mox vero & ipſe, tyrannidem occupare conatus, interficitur, XI. 508. e. f. *n.*

Callipygon Venus, Syracuſis a καλλιπύγοις ſororibus conſecrata, *lib.* XII. *cap.* 80.

Calliſthenes, demagogus Athenienſis, (*alius ab Ariſtotelis*

diſcipulo, de quo in Ind. Auct. Conf. Plutarch. in Demoſth. Tom. I. Opp. pag. 856. *c. d. e.*) dona accipit ab Harpalo, VIII. 341. f. ob Triglam meretricem rem dilapidat ſuam, VIII. 338. f. *n.*

Calliſtium, meretricula bibax, in quam eſt Epigramma Hedyli, XI. 486. a. Cognomen *ei fuerat* Ptochelena, XIII. 585. b. c.

Calliſto, ſoror Ulyſſis, a nonnullis Phace nominata, IV. 158. c.

Calliſto meretrix, cogn. Sus, eiusque mater cogn. Cornix, XIII. 583. a.

Calliſtrata Lesbia, meretrix, V. 220. f.

Calliſtratus, Callicratis filius, demagogus Athenienſis, voluptatibus deditus, IV. 166. e. XII. 553. e. XV. 690. a. *Ad eumdem ſpectat* II. 44. a. *n.*

Calliſtratus Grammaticus, Ariſtophaneus: *vide ſupra, in* Ariſtarchus Grammat. *& conf. Ind. Auct.*

Callixena Theſſala, concubina data Alexandro ab Olympiade matre, X. 435. a.

Callixenus accuſat duces Athenienſes poſt pugnam ad Arginuſſas, V. 218. a.

Callixenus Rhodius. *Vide Ind. Auct.*

Calpis, poculum, XI. 468. f. *n.* Calpion, XI. 475. c. *n.*

Calyca, Euathli iuvenis fruſtra amore capta, de rupe ſe praecipitat, XIV. 619. d. e. *ubi in verſione Latina, pro iſtis,* voluntario ſuspendio vitam finiit, *ſic reponendum:* de rupe ſe praecipitavit; quae calamitas circa Leucadem accidit.

Calyca cantio, in honorem Calycae virginis, *ibid.*

Calydon, ἡ Καλυδὼν, Aetoliae oppidum, VII. 311. a. Hercules Calydone exceſſit, occiſo puero aquam miniſtrante, IX. 410. f.

Calydonius aper, IX. 401. b. 402. a.

Calypſo. *Eius* aedes ſplendidae, I. 16. d.

Calyx, κάλυξ, flos roſae nondum apertus. *Vide Ind. Gr.*

Cama, oppidum Cappadociae, I. 30. a. *n.*

Camaſenes, *i. q.* piſces, *apud Empedoclem*, VIII. 334. b. *n.*

Cambles Lydorum rex voraciſſimus, ſuam uxorem in fruſta diſſectam devoravit, X. 415. c. d. *n.*

Cambyſis expeditio in Aegyptum ſuscepta eſt mulieris gratiâ, XIII. 560. c. d.

Camelopardalis, in pompa Ptolemaei Philad. V. 201. c.

Camelus aſſatus integer regi Perſarum adpoſitus, IV. 130. f. *etiam* aliis Perſis, IV. 143. f. 144. a.

Cameli Bactriani robuſtiſſimi, V. 219. a. *ubi* Καμήλων *pro* καὶ Μήδων *legendum. Vide Animadv. T. V. p.* 605.

Camiſa, Iani ſoror & uxor, XV. 692. e.

Cammari, *vel* Cammori, ſquillarum ſpecies, *lib.* VII. *cap.* 75. *conf. Ind. Graec.*

Cammata & Cammatides, IV. 140. d. 141. a.

Campani inter convivia ſingulari certamine digladiantur, IV. 153. e.

Campaniae vina, περὶ Καπύην, I. 26. f.

Canae, Κάναι, Aeolidis oppidum: Καναῖα σῦκα, III. 76. a.

Cancer. *Vide* Aſtacus, Carabus, Squilla, & *Ind. Graec. voc.* Καρκίνος. Cancer & echinus, cum caeteri piſces natent, pedibus gradiuntur, *Epicharmi verſiculi*, III. 91. c. Cancer & Serpens, *Scolion* 9. XV. 695. a. Cancellus, καρκίνιον, VII. 300. f.

Candaulus, edulium, IV. 132. f. *n.* Lydicum inventum, *lib.* XII. *cap.* 12. *ubi etiam paratio eius docetur.* XIV. 664. c. *n.*

Candelabrum magnificum regis Perſarum deſcripſit Polycletus, V. 206. e. De candelabris *generatim*, *lib.* XV. *cap.* 60. Candelabrum 360. lucernis inſtructum, XV. 700. d.

Candylus, placentae genus, I. 9. a. *n.* IV. 172. b. XIV. 644. c. 664. c. *n.*

Canicidium, feſtum apud Argivos, III. 99. e. f.

Canis venaticus Laconicus, I. 28. a. Canis caudicem parit, e quo naſcitur vitis, II. 35. b. Canis lignea, in Pythiae oraculo, *ſignificabat* ſentem caninam, II. 70. c. d. Per Canem iurat Socrates, IX. 370. c.

Canis carcharias, *lib.* VII. *cap.* 85. Canis marinus, in cibo laudatur ab Archeſtrato, IV. 163. c. d.

Canes, prae caeteris animalibus, quatuor bonis excellunt, XIII. 611. b. c. Canum carne, praeſertim catulorum, veſcebantur Graeci, VII. 282. b. *n.* IV. 165. b. Nobiles canes, Indi, Hyrcani, Moloſſi, V. 201. a. Epirotae, Moloſſi, Laconici, XII. 540. d.

Caninam vitam agunt Cynici, XIII. 612. b. *qui* canes & ſunt & vocari gloriantur, III. 96. f. *Itaque apud Athenaeum ſubinde etiam ſic compellantur*, Viri canes!

Canities *unde oriatur? &* cur citius caneſcant qui unguentis utuntur? XV. 692. b. c.
Cannabis, a Rhodano fluv. advecta in Siciliam, V. 206. f.
Canopus oppidum, Κάνωβος, III. 90. c. ὁ πρὸς τῇ Ἀλεξανδρείᾳ Κάνωπος, VII. 326. a.
Canopica placenta, Κανωπικὴ, XIV. 647. c. *n.* Canopicum (Κανωβικὸν) Nili oſtium, *lib.* II. *cap.* 90 *extr.*
Cantabricae pernae, XV. 658. a. *n.*
Cantharus, *nomen* vaſis potorii, *item* navigii, *lib.* XI. *cap.* 47 *ſq. item* ornatus cuiusdam muliebris, XI. 474. e.
Cantharus, *nomen* figuli cuiusdam Athenienſis, XI. 474. d. e.
Cantibaridi Perſae, quando mandendo defeſſae ei erant maxillae, hianti cibum in os ingerebant famuli, X. 416. b.
Cantilenarum varia genera & nomina, *lib.* XIV. *cap.* 10 *ſq. verbi gratia*, molendinaria cantilena, telas texentium, balneatorum, pinſentium, *&c.*
Cantores, apud Homerum, modeſti ac velut philoſophorum locum tenentes, I. 14. a-d.
Cantu delectari perhibetur trichis piſcis, ut e mari exſiliat, VII. 328. f.
Canuſina veſtis, ὁ Καννσινὸς *vel* Καννσῖνος, III. 97. e. *n.*
Capaneus, divitiis minime inſoleſcit, IV. 159. a. ſcalas adſcendit, VI. 238. e.
Capanicae bucceae, *apud Ariſtophanem*, X. 418. d.
Capheſias, celebris tibicen, XII. 539. f. *Eius dictum:* Non in magno ineſt bonum, ſed in bono magnum, XIV. 629. a. b.
Capillus quare in luctu tondeatur, XV. 675. a.
Capito piſcis, *ſ.* Cephalus, ὁ Κέφαλος, III. 119. a. VII. 306. e.-307. b.
Capnias vinum, I. 31. e. *n. Conf. Ind. Graec.*
Cappadocia, aquam habet optimam, II. 43. e. Cappadociae rex Orophernes, X. 440. b.
ὁ Καππαδόκης, Mithridates, V. 212. a. Cappadocum (*ſervorum*) colonia Romae, I. 20. c. Cappadoces piſtoriâ arte praeſtantes, III. 112. c. 113. b.
Cappadocius panis, III. 113. b. IV. 129. e. Cappadocica placenta, XIV. 647. c.
Capparis, II. 63. a. Vim habet deficientes vires corporis reficiendi, IX. 405. f. Capparin in agris colligebant

pauperes puellae, XIII. 567. e. Iuramentum, per Capparin, IX. 370. c.
Capra, Αἴξ, cognomen Nicûs *vel* Niconis meretricis, XIII. 582. e. f. *Neſcio an* & Nannii *cogn.* XIII. 587. a. *n.*
Caprae nobiles, Syriae & Naxiae, I. 28. a. XII. 540. c. Capras mactant Lacedaemonii in copidibus, IX. 138. f. Caprinae carnis eſus robuſtiſſimum effecit hominem, ſed ſudoris odorem valde ingratum, IX. 402. b. c. Ex caprarum lacte fit caſeus ſuaviſſimus Tromilius, XIV. 658. b. c. Capra Athenis nec in arcem adſcendit, nec immolatur Minervae, XIII. 587. a.
Proverbium: Ad capras ſylveſtres mittimur, *de eo quod inveſtigatu & inventu difficile eſt*, III. 83. a.
Capriceps, aegocephalus, avis, VIII. 353. d.
Caprificus, *lib.* III. *cap.* 10. Ad ſimilitudinem caprifici arboris curantur palmae, XIV. 651. c.
Capriſcus piſcis, III. 107. f. VIII. 355. f.
Capua. (*conf.* Campania.) *Ibi* vinum arbuſtivum, I. 31. d. In Dianae templo Capuae ſervabatur poculum Neſtoreum, Homericos verſus inſculptos habens, XI. 466. e. 489. b. c. Capuae unguentum optimum roſaceum, XV. 688. e.
Iulis, oppidum Cei inſulae, patria Simonidis, X. 456. d. *Item* patria Eraſiſtrati medici, *qui inde* Ἰουλιήτης *nominatur, i. e.* Iulienſis, XV. 665. e. Ἰουλίδες θῖνες, VII. 318. c. *n. ſunt* colles in ora Cei inſulae prope Iulidem oppidum.

Iulius Caeſar. *vide ſupra, lit.* C.

Iulus, piſcis, VII. 284. d. (*conf.* Iulides.) *Item* lumbricus, *ibid. &* VII. 305. a.

Iulus, & Ulus, cantilena lanificium exercentium, XIV. 618. d. *n.*

Iuno, apud Homerum, ambroſio oleo ſe inungit, XV. 688. d. e. Iuno apud Lacedaemonios coronatur corona Pyleone, XV. 678. a. Iuno Lacinia: celebritas in eius honorem, XII. 540. a. b. Iunonis Samiae templum, XIV. 655. a. XV. 672. b. *ubi* Deae ſimulacrum a piratis raptum *eſt*, quod illi *tamen* aſportare non potuerunt, XV. 672. b. – e. Iunonis portus Sami, *ibid.* b.

Iunonium incedere implexis capillis, *proverbium*, XII. 525. e. f. *n.*

Iupiter, ſaltans inducitur a vetere poëta, I. 22. c. In Dicta monte Cretae natus, & a ſue lactatus, IX. 375. f. 376. a. Sub Amphitryonis forma ſcyphum dono dat Alcmenae. *vide* Alcmena. In columbae formam verſus eſt, cum Phthiam virginem deperiret, IX. 395. a. Aliàs in aurum, in taurum, in aquilae formam mutatus, XIII. 566. a. Quae noctu vigilans

pro Troianis curaverat, ea medio die perdidit, voluptate ſubactus, XII. 511. b. Prometheum punit ob ignem furto ablatum, XV. 672. e. f.

Iupiter Aegyptius, Nilus, V. 203. c. Iupiter Cteſius, XI. 473. b. c. *n.* Didymaeus, XI. 477. b. *n.* Εἰλαπιναστὴς & Σπλαγχνοτόμος apud Cyprios, IV. 174. a. Ἑρκεῖος, Domeſticus, Septa tutans, V. 189. e. XI. 460. f. Ἑταίριος & Ἑταιρεῖος, Sodalitius, Amicitiae praeſes, X. 446. d. XIII. 572. d. e. Hoſpitalis, Ξένιος, XV. 696. d. Iupiter-Neptunus, eiusque templum in Caria, II. 42. a. Iupiter Pelor *vel* Pelorus, XIII. 640. a. (*ubi videtur* Neptunus *intelligi, coll. Herodot. VII.* 129. *& Animadv. ad Athen. Tom. I. p.* 505.) Iupiter Olympius, I. 3. e. (*conf. mox* Iovis Olymp.) Iupiter Rex ſucceſſit Saturno, III. 122. d. Iupiter Servator, II. 38. d. Iovis Servatoris poculum, XI. 466. e. 471. d. e. 487. a. (*ubi iunguntur* Διὸς Σωτῆρος & Ἀγαθοῦ δαίμονος,) XV. 675. c. *n.*

Iupiter cognominatus Menecrates Medicus, in comitatu ſuo habuit Herculem, Mercurium, & Apollinem, VII. 289. a-c.

Iovis & Regis cerebrum. *vide* Cerebrum. Iovis flos, Διὸς ἄνθος, XV. 679. d. εὐώδες Διὸς ἄνθος, *forſan quem hodieque* dianthum *vocant*, XV. 684. b. Iovis glans: *vide* Iuglans. Iovis lac, Διὸς γάλα: *ſic ex Euripidis Cyclope vulgo ſcribitur* XIV. 658. c. *n. pro eo quod apud ipſum poëtam legitur* βοὸς γάλα. Iovis Olympii cantores: *ſic* bolbinos (*bulbi ſpeciem*) *ridens vocat Hermippus parodus*, II. 64. c. *n. item* ſquillas *Matro parodus*, IV. 136. a.

Iuramentum per braſſicam, per canem, per capparin, IX. 370. b. c. per eos qui ad Marathonem, ad Salamina, ad Artemiſium pugnarunt, IX. 380. c. d. Iusiurandum ego mulieris *&c.* X. 441. e. *n.*

Iuſtitiae aurea facies, aureus oculus, XII. 546. b. *n.*

Iuvenes oportet deſaevire & deſpumare, ſicuti vinum, II. 36. e. Non ante decimum octavum annum gûſtare vinum debent, & quidem modicum admodum usque ad annum trigeſimum vel quadrageſimum, X. 440. b. c.

Ixion, cognomen Demetrii *Grammatici. Vide Indicem Auctorum.*

L.

Labdacus Siculus, coquus, IX. 403. e.
Labicanum vinum, I. 26. f.
Labrax, lupus piſcis, *lib.* VII. *cap.* 86 *ſq.*
Labronia, *vel* Labronius, poculum Perſicum, *lib.* XI. *cap.* 68.
Labyzus, odoris genus fragrantius myrrhâ, XII. 514. a.
Lac. *Eius* potu multae gentes vitam ſuſtentant, II. 46. e. Primum a partu lac, XIV. 658. d. e. *Conf.* Coloſtrum, *& Ind. Graec. in* πυός. Lacte aut mulſo maceratur ſemen cucumeris priusquam ſeratur, III. 74. a. Lac gallinae; *vide* Gallina. Lac Iovis, *ſive rectius*, lac bovis, XIV. 658. c. *n.* Lac leporis, *iocoſe & velut proverbialiter dictum, de* cibo pretioſo, XIV. 654. f. Oleum lactis, *id eſt*, butyrum, X. 447. d. *n.* Lactes: *vide infra.*
Lacaenae, calicum genus, *lib.* XI. *cap.* 59. XII. 527. a.
Lacedaemon. (*conf.* Sparta, *&* Spartani.) Lacedaemone virgines unà cum iuvenibus in obſcuro conclavi incluſae, XIII. 555. c. Mulieres nuptae viros coelibes feſto quodam die circum altare tractos colaphis caedebant, *ibid.* c. d.

Lacedaemonii, ad Cnidum navali praelio victi a Conone, I. 3. d. inventores ſaltationis cum pila, I. 14. d. Lacedaemoniis ſcabies a Sitalca! I. 27. e. *n.*

Lacedaemonii, Apollinis Amyclaei ſignum inauraturi, aurum emunt a Croeſo, VI. 232. a. Cum Deorum iuſſu vetitum eis eſſet aurum argentumve in urbem inferre, apud vicinos Arcadas depoſuerunt, VI. 233. f. Eisdem dein argentum a Lyſandro in urbem introductum multorum malorum cauſſa fuit, *ibid.*

Eilotarum multos, civitate donatos, Epeunactos vocarunt, VI. 271. c. d. *Caeterum* duri & crudeles in Eilotas, XIV. 657. d.

Sobrii in potu & in cibo, nec propinando ad potandum ſeſe mutuo incitant, X. 432. d-433. b. XI. 463. f. nec bellariis utuntur, XIV. 657. c. *Conf.* IV. 155. f. 156. a. In probro ponebant, ſi quis parum virili formâ aut obeſiore eſſet corpore, XII. 550. c. d. Unguentarios & lanarum infectores urbe eiecerunt, XV.

686. f. ſed deinde a priſtina ſeveritate defecerunt, unde peſſum ire coepit eorum resp. XV. 681. c.

In bellis Lacedaemonii, ſicut Cretenſes, priusquam aciem inſtruant, Amori ſacra faciunt, XIII. 561. e. f. ad tibiae modulos in hoſtem proficiſcuntur, XII. 517. a. XIV. 626. a. 627. d. Tyrtaei & alia bellica carmina recitantes, numeroſo paſſu gradiuntur, XIV. 630. f. 631. a.

Muſices ſtudioſi, IV. 184. d. veterumque inſtitutorum inprimis tenaces, XIV. 624. c. veterem muſicam maxime integram ſervarunt, XIV. 632. f. 633. a. (*Quare etiam Timotheum, multa novantem in muſicis, publico decreto urbe eiecerunt. Vide Animadv. Tom. IV. pag.* 611.) Nec *vero* Rhetoricam, nec Philoſophiam admittebant, XIII. 611. a.

Lacedaemoniorum convivia, *lib.* IV. *cap.* 15 *ſeqq.* quorum tenuitatem falſe ridet Sybarita, IV. 138. d. μαστιγώσεις, VIII. 350. c. *n.* calceamenta optima, XI. 483. b. Laconicae candidae crepidae, V. 215. c. *n.* Laconicus crater aureus in pompa Ptolemaei Philad. V. 198. d. 199. e. Cothon, Laconicum poculum militare, *lib.* XI. *cap.* 66. Lacedaemoniorum nuptiae fortuitae, XIII. 555. c. Mos *quidam* in nuptiis, XIV. 646. a. Promachiorum feſtum, XV. 674. a. b. Gymnopaediae, XV. 678. b. c. victoria ad Thyream, *ibid.* b.

Laconica ſaltatio, I. 22. b. *conf.* I. 14. d. & IV. 180. e. Laconicus canis venaticus, I. 28. b. Laconica lactuca, II. 69. a. cucumis, III. 74. a. malus arbor, III. 82. c. Laconicâ pallâ induta erat Nyſa in pompa Ptolemaei Philad. V. 198. f. *ubi in verſ. lat. pro* Macedonicam, *corrige* Laconicam.

Laconicae gloſſae: μύκηρος, II. 52. c. μουκηροβάτας, II. 53. b. λυσιλαΐδες, II. 55. e. κυνάδες, IX. 409. d. κώθων, XI. 483. b.

His adde quae in Indice Titulorum pag. 252. *commemorantur ad* Lacedaemonios *ſpectantia.*

Patriâ Lacedaemonii *ab Athenaeo nominantur cum alii multi, tum, qui in Ind. Auct. a nobis commemorati ſunt*, Dionyſodotus, Soſibius, Timocrates.

Lacerta ſepium: *vide ſupra*, in Crocodilus.

Lacertus piſcis, *lib.* VII. *cap.* 120.

Lachares, Minervam nudavit, IX. 405. f. *n.* Lacharis fames, *ibid.*
Laches, pater Demeae, VI. 244. e. *Perſona in Crobyli fabula* Ψευδυποβολιμαίῳ, VIII. 365. a.
Lachman, Syrorum ſermone, panis, III. 113. c.
Lacinium promontorium: *ubi* in Iunonis honorem annua agitur celebritas, ad quam omnes Itali confluunt, XII. 541. b.
Lacius, dux colonorum qui Phaſelidem condiderunt, paſtori ſalſamenta dedit pro ſolo, in quo aedificaretur oppidum, VII. 297. e. - 298. a.
Laconiſſare, I. 17. d. *ſed ibi verbum, λακωνίζειν per comicam paronomaſiam pro* λεκανίζειν *poſitum videtur.*
Laconiſtae, cantores, qui in choris quadratis canebant, IV. 181. c.
Lactes, χορδαὶ, inteſtina in cibum parata, I. 4. b. *n.* III. 94. c. & f. 95. a.
Lactuca, *lib.* II. *cap.* 79 - 81. *ubi & de* Adonide in lactuca occulto, *cap.* 80. Optima lactuca *cenſetur* nigra, II. 68. e. *Laudatur* lactuca Smyrnenſis & Galatica, II. 59. b. Lactucae uſus enervare *putatur* vires ad Venerem, II. 69. b. - d.
Lacus, ubi antea nulli fuerant, poſt terrae motum exorti, VIII. 332. f.
Lacydes & Timon philoſophi in convivio ſtrenue bibunt, X. 438. a. *Idem* Lacydes ab anſere amatus, XIII. 606. c.
Ladon, fluvius Arcadiae, VIII. 332. f.
Laërti Ulyſſes in memoriam revocat pyra olim ſibi data, I. 25. b.
Laeſtrigones *Homerici*, V. 192. b.
Laganus, *placentae genus, tracta*, III. 110. a. *n.* XIV. 656. f. *n.*
Lagena, λάγηνον, & vaſis potorii & menſurae nomen, *lib.* XI. *cap.* 100.
Lagenophoria, Λαγηνοφόρια, feſtum Alexandriae agi ſolitum, VII. 276. a. & b.
Lagiſca, meretrix, XIII. 570. e. 586. e. 592. e. amata a ſene Iſocrate, filiolam ei peperit, 592. d.
Lagodias: *ſic a nonnullis vocatur* Otus avis, IX. 390. f.
Lagus, Ptolemaei primi filius ex Thaide, XIII. 576. e.
Laguſſae inſulae, a leporibus denominatae, I. 30. d.

Lagynion, (*Lagenula*) cognomen Democlis parasiti, XIII. 584. f.
Lais Corinthia, meretrix, XIII. 570. d. e. Hyccaris in Siciliâ nata, Corinthum migraverat, XIII. 588. b. c. *n.* 589. a. omnium quae umquam fuerant formosissima, 587. d. Olim accessu difficillima; (XIII. 585. d.) vetula vero, facillima, 570. b. - c. ridet Euripidem, 582. c. d. in ipso coitu exstincta perhibetur, XIII. 587. e. Alii occisam a mulieribus aemulis in Thessalia aiunt, & sepultam iuxta Peneum fluvium, cum Epigrammate, 589. a. b. *Alii* prope Craneum Corinthi sepultam dicunt, *ibid.* b. c. Aristippi & Diogenis de Laide disputatio, 588. e. f. Hic non Corinthus est, nec Lais, IV. 137. d.
Lais Corinthia iunior, Timandrae, *vel* Damasandrae filia, XII. 535. c. XIII. 574. e. *n.*
Laius (a quo initium factum amoris puerorum) Pelopis filium Chrysippum rapuit, XIII. 602. f. 603. a.
Lamia *superior*, Themistoclis scortum, XIII. 576. c.
Lamia *iunior*, Atheniensis tibicina, meretrix, a Demetrio Poliorcete amata, ex qua ei nata est Phila filia, XIII. 577. c. XIV. 615. e. f. magnificâ coenâ Demetrium excepit, III. 101. e. IV. 128. b. Lamiae Aphroditae templum dedicant Athenienses, Demetrio adulantes, VI. 253. a. *item* Thebani, *ibid.* b. *Eadem* Sycione Poecilen porticum exstruendam curavit, XIII. 577. c. Lamiam suam honestius vivere *ait Demetrius* quam Lysimachi Penelopen, XIV. 615. a. Lamiae facete dicta, ex Machonis Χρείαις, *lib.* XIII. *cap.* 39.
Lamia piscis, ex cartilagineis, VII. 286. c. *n.* *Idem* carcharias, VII. 306. d.
Lampas, meretrix Attica, XIII. 583. e.
Lampito Samia, XIII. 593. e. f. *n.* *Conf. supra*, Demetrius Phalereus.
Lampo, Λάμπων ὁ μάντις, helluo, VIII. 344. f.
Lamprias, coquus, IX. 379. e.
Lamprus, saltandi magister Sophoclis, I. 20. f.
Lamprus musicus perstringitur a Platone, XI. 506. f. abstemius fuit, II. 44. d. *n.*
Lampsacus, Themistocli dono data, I. 29. f. περὶ Λάμψακον ἐν τῇ Ἀκαρνίδῃ (?) nascitur iton, tuberis genus, II. 62. c. *n.*

Lampſaceni Priapum venerantur, qui idem ac Bacchus, I. 30. b. Lampſacenus eunuchus, *neſcio quis, apud Hipponactem*, VII. 304. b. Lampſacenus Euagon, patriae tyrannidem occupare molitur, XI. 508. f. Lampſacenus Charon. *vide Ind. Auct.*

Lampyris, meretrix Attica, XIII. 583. e.

Lamynthius Mileſius, poëta, Lydae amator, XIII. 597. a. (*Ind. Auct.*)

Lamynthius, *tamquam gentile nomen poſitum videri poterat*, XIII. 606. e. Κλεομένους Λαμυνθίου. *Sed fuerit potius* proprium nomen patris Cleomenis: *fueritque Cleomenes fortaſſe filius Lamynthii illius, Mileſii poëtae, qui Lyden & amavit & carmine celebravit.*

Lana Attica, molliſſima, V. 219. a. Sicula lana, V. 209. a. Lanam ferentes bulbi, II. 64. d.

Lanica, nutrix Alexandri, mater Proteae, IV. 129. a.

Laodice, quae maritum (Antiochum, *cogn. Deum*) interfecerat, Sophroni inſidias ſtruxit; quas cum ille monitu Danaae concubinae effugiſſet, Danaën Laodice de rupe praecipitari iuſſit, XIII. 593. b. - d. *n.*

Lapathum, *herba, numeratur* in reſatis, II. 70. a. Cum malva aut lapatho elixantur oſtrea, III. 92. a.

Lapis Cyprius, (*ſmaragdus puto,*) XV. 689. b. *n.* Lapides Indici? V. 205. e. Lapillos in capite habens piſcis, VII. 305. d. 315. e. *cf. Animadv. ad VI.* 244. d. In lapidibus *numerantur* margaritae, III. 93. a. *Hinc* μαργαρῖτις λίθος, margarita gemma, *ibid.* b.

Lapidibus inceſſebantur qui in ſcena minus placuiſſent, VI. 245. d. & e. *n. Griphus:* Lapidibus pugnabant, lapidem vero tollere non licuit, X. 457. b. *n.* Lapidibus *olim* abstergebant nates, XIII. 578. e. 584. c. *Conf.* Saxum.

Lapithae. Adverſus eos proficiſcitur Eurytion centaurus, XIV. 613. a.

Lapyriae fici, *ſive rectius* Capyriae, III. 78. a. *n.*

Larcas, Phalantem prodit Iphiclo, VIII. 360. f.

Larenſius, convivator Deipnoſophiſtarum, I. 1. a. *n. Conf. lib.* I. *cap.* 4. Laurentium *latine nominat Dalecamp.*

Larichus, Sapphûs frater, in prytaneo apud Mitylenaeos vinum miniſtravit, X. 424. f. 425. a.

Lariſſa, Syriae oppidum. Lariſſaeorum bellum cum *vicinis*

Apamenſibus *commemoravit Poſidonius*, *Apamenſis Syrus ipſe*, IV. 176. b.
Lariſſa Troas *ſ.* Troica, ubi calidi fontes, II. 43. a. *n.*
Lariſſa Theſſaliae: ibi ſcholae philoſophicae praefuerat Athenion, V. 211. d. 212. a. Lariſſaea Philinna, una ex Philippi uxoribus, XIII. 557. c.
Larus, voraciſſima avis, buphagus adpellatus, Herculi ſacer habetur, X. 411. f. Paraſitus eſurienti laro ſimilis, IV. 134. e. Lari prae Hyperide (piſcium helluone) Syri ſunt, VIII. 342. a.
Laſerpitium, I. 28. d. *Conf. Ind. Graec. in* καυλὸς, σίλφιον, ὀπὸς, & μάσπετον.
Laſion, opp. Peloponneſi: unde Laſionius, Laſyrtas.
Laſtaurocaccabus, *edulium*, I. 9. c.
Laſthenea Arcadica, meretrix, Speuſippo amata, VII. 279. f. XII. 546. d.
Laſus Hermionenſis. *vide Ind. Auct.*
Laſyrtas Laſionius, potu nullo indigens, urinam tamen emittebat, II. 44. f.
Latage *vel* Latax, in cottabi ludo, XV. 666. b. c. *n.* 688. c. & e. XI. 481. a.
Lathiporphyrides, *aves*, IX. 388. e.
Latona, Coei filia, X. 455. d. picâ laborans, gethyllidem adpetivit, IX. 372. a. amica Niobae, XIII. 571. d. Apollinem & Dianam parit in Delo, *Scol.* 3. XV. 694. d. Chalcide ex Euboea Apollinem & Dianam Delphos reducens, a Pythone invaditur, XV. 701. c. d. Latonae ſimulacrum ligneum & deforme in Deli templo, triſtitiâ liberat Parmeniſcum, XIV. 614. b. aenea ſtatua prope Delphicam platanum, XV. 701. d.
Latorea, vicus prope Epheſum, olim Latonae vicus dictus, I. 31. d.
Latorea Amazon, I. 31. d.
Latrunculorum *ſive* calculorum ludi deſcriptio, I. 16. e. 17. b.
Latus piſcis, *lib.* VII. *cap.* 88.
Lavacra apud Homerum, I. 24. c. d. Virgines atque mulieres olim lavabant hoſpites, I. 10. e.
Laura Samiorum, locus voluptatibus dicatus, XII. 540. f. Laura beatorum Alexandriae, vicus vel via in urbe, ubi vendebantur omnia ad luxuriam ſpectantia, XII. 541. a.

Laurentius. *vide* Larenſius.
Lauri folia, cammatides, in bellariis, IV. 140. d. e.
Leaena *ſuperior*, Harmodii concubina, ab Hippia tyranno tormentis cruciata, XIII. 596. f. *n.*
Leaena *iunior*, meretrix Attica, Demetrii Poliorcetae concubina, VI. 253. b. XIII. 577. c. d. Eidem Athenienſes templum dedicarunt, Demetrio adulantes, VI. 253. a. Λεαίνης σχῆμα, XIII. 577. d.
Lebes unde nominatus, XI. 475. d.
Lebetocharon, *patinis gaudens: ſic Ulpianum apud Athen. adpellat Cynulcus*, VIII. 347. d.
Lebianus piſcis, *idem* leptinus, *& lebias*, III. 118. b. *n.*
Lebias piſcis, *idem* heparus, *lib.* VII. *cap.* 61. IX. 403. b.
Lectum, promontorium *Myſiae*, III. 88. f.
Lectus (λέχος) ex Mileto *laudatur*, I. 28. b. Lectulus (κλίνη) Siculus, II. 47. f. *Lectus genialis* (*ex Dalec. verſione: immo vero*, thalamus, *i. e.* cubiculum) Semelae, V. 200. b. Herculeus lectus *ſ.* cubile, (κοίτη) *intelligitur* mollia habens ſtragula, XII. 513. f. *De* lectulis & ſtragulis, *lib.* II. *cap.* 29 *ſq.*
Ledae ovum, II. 57. d. 58. b. *n.* IX. 373. e. *n.* Ledae filii virtutis cauſſâ multa perpeſſi, XV. 696. c.
Legati de pace cum tibiis & citharâ, XIV. 627. d. & e.
Legumlatores Athenienſium, Lacedaemoniorum, Thuriorum, XI. 508. a. Quid omnino ſpectaverint Legumlatores, *diſſerit Polyarchus*, XII. 546. a - c.
Legumina, cicer, lupinus, phaſeolus, *lib.* II. *cap.* 44 - 46. (*Conf.* Faba, Lenticula, Piſum.) Leguminoſarum plantarum ſemina partim in hominum uſum coluntur, partim pabuli cauſſâ pecorum, IX. 406. c.
Leimonia, anemonae ſpecies, XV. 680. e.
Leiobatos piſcis, *idem* rhine, *i. e.* ſquatina, VII. 312. b.
Leiothaſia, radiculae ſpecies, II. 56. f.
Leipſydrion, *oppidum Atticae*, *Scol.* 22. XV. 695. e. *n.*
Leirium. *vide* Lilium.
Leleges. Eorum rex Trambelus, II. 43. e. *n.* Lelegibus pro ſervis utuntur Cares, VI. 271. b. A Lelegibus & Nymphis conditum Iunonis Samiae templum, XV. 672. b.
Lembus, cognomen Heraclidae. (*Ind. Auct.*) *Item, dicterium* in adulatorem ſequacem, VI. 242. e. f. *nempe a* navigii genere, *proprie ſic nominato.*

Λήμη, *i. e. gramia*, cognomen meretricis Atticae, XIII. 596. f. *n.*

Lemnus *inſ.* eximiam fert lychnidem, XV. 681. f. Athenienſes Lemnum incolentes, οἱ Λημνόθεν Ἀθηναῖοι, duro Lyſimachi imperio liberantur a Seleuco, VI. 254. f. 255. a.

Lenaea, feſti dies Baccho, IV. 130. d. *n.* V. 217. a. 218. d. *n.* Lenaica certamina poratoria, X. 414. e. *n.*

Lenaetociſtus, *nomen* (*ſive cognomen*) *meretricis Atticae*, XIII. 583. e.

Lenaeum, *locus Athenis, ubi erat Bacchi templum & theatrum fabulis agendis.* τὸν ἀπὸ Ληναίου νεκρὸν, Melitum *dicit Sannyrion*, XII. 551. e. *n.*

Lenonia ars, II. 55. d. e. Leno, *titulus fabularum nonnullarum: vide Ind. Tit. in* Πορνοβοσκός.

Lenticula, φακῆ, eximia Gelae *in Sicilia*, I. 30. b. II. 67. b. *De* lenticula *multa disputantur* lib. IV. cap. 45. & 47. Lenticulâ ſorptâ Oreſtes ex morbo convaluit, IV. 158. a. Stoicum dogma, Sapientem & alia recte facturum, & lenticulam prudenter conditurum, *ibid.* Magnus coloſſus lenticularis, IV. 158. e. *eſt ingens lebes lenticulae plenus.* Lenticulae eſu os graviter olet, 159. e. f. *Proverbium:* In lente unguentum, 160. c.

Lenticula, cognomen Sopatri parodi, *item* Hegemonis Thaſii. (*Ind. Auct.*)

Leo ingentis magnitudinis ab Adriano Imp. in Libya interfectus, XV. 677. e. Leonis ingenium magis probandum, quam ars echini, III. 91. d. e.

Leo, ridiculae ſaltationis genus, XIV. 629. f.

Leo *piſcis, de cruſtaceorum genere*, III. 106. c.

Leogoras, homo guloſus *Athenis*, phaſianos aluit, IX. 387. a.

Leon Mitylenaeus, origine Athenienſis, calculorum ludo excellens, I. 16. e.

Leonides Grammaticus, deipnoſophiſta, I. 1. c. *n.*

Leonides, dux Byzantiorum, quum urbe ab hoſtibus obſeſſa ſuos ob bibacitatem in muro continere non poſſet, iuſſit cauponas in ipſo muro conſtrui, X. 442. c.

Leonis-vicus (Λέοντος κώμη) Phrygiae, II. 43. b.

Leonnatus: Alexandri familiaris, venationis ſtudioſiſſimus, XII. 539. d.

Leonteus Argivus tragoedus, & in eum epigramma Iubae regis, VIII. 343. e. f.
Leontiſcus, Ptolemaei primi filius ex Thaide, XIII. 576. e.
Leontiſcus pancratiaſta, Maniam amavit, XIII. 578. f.
Leontium & Glycera, meretrices, in convivio, XIII. 585. d.
Leontium Epicurea filiam habuit Danaën, XIII. 593. b.
Leontium, amicam ſuam, carmine elegiaco celebravit Hermeſianax, XIII. 597. a.
Leophron, victor in ludis Olympicis, cunctis ſpectatoribus epulum praebuit, I. 3. e.
Leopodon, ora Ioniae prope Erythras, *ſive* locus ibi ſic nominatus, VI. 259. b. *ubi pro* ἢ νῦν Λεόποδον καλεῖται, *rectius forſan ſcribetur* ἢ νῦν &c. *id eſt*, ἢ ἐστὶ τὸ νῦν Λεόποδον καλούμενον.
Leotrophides, macer & gracilis admodum homo, XII. 551. a.
Lepades, patellae, conchyliorum genus, *lib.* III. *cap.* 31. & III. 91. e. Pueruli lepadibus in os ſumtis veluti tibiis canunt, III. 85. f. *Conf. infra*, Lopaduſſae.
Lepaſta, poculi genus, *lib.* XI. *cap.* 70. IV. 131. c.
Lepidis *ſ.* lepidion, edulium Syriacum, III. 119. b. *n.* IX. 385. a.
Lepidotus, piſcis Niloticus, VII. 312. b.
Lepreum, Peloponneſi oppidum. Lepreates, Harmodius. (*Ind. Auctorum.*)
Lepreus, Cauconis & Aſtydamiae filius, cum Hercule de voracitate contendens vincitur, X. 411. f. *n.* poſt plura alia certamina ab eodem interficitur, 412. a. & b.
Leptinus piſcis, *idem qui* lebianus *vel* lebias; *niſi quid turbatum in libris*, III. 118. b. *n.*
Lepus, *lib.* IX. *cap.* 61. Quomodo parandus in cibo, *ibid.* Leporis foecunditas, *cap.* 63. Simonidis dictum in leporem, in convivio Hieronis, XIV. 656. c. d. Lepores *quidam* chelidonii *dicuntur*, *i. e.* hirundinarii, IX. 401. a. Condimentum ex leporis ſanguine & viſceribus paratum, (gallice, *civet de lièvre*) μίμαρκυς, IX. 401. a. XIV. 662. d. *n.* A leporibus nomen invenere Laguſſae inſulae, I. 30. d.
Lepus marinus, piſcis, *incertum quis*, VII. 287. b. & 305. e. (*Vide Gesnerum* De *Aquatilib. pag.* 482. *ſub fin.*)

Venenatus & letifer *putatur esse*, VII. 325. c. Venatur eum tamen & devorat mullus, *ibid.* & scarus, VIII. 355. c.

Lerna. Laudatur aqua ex Lerna, IV. 156. e. *Forsan ex Amymone fonte prope Lernam, cuius Strabo meminit lib. VIII. pag.* 371. *b. quem etiam* Lernaeum fontem *adpellatum esse monuit ex Hygino Harduinus ad Plin.* IV. v. 9.

Lerus insula, ubi Dianae templum, in quo aluntur meleagrides, XIV. 655. c.

Lesbium, poculi genus, XI. 486. a. b.

Lesbothemis, Mitylenaeus, statuarius, IV. 182. f. XIV. 635. b.

Lesbus insula, εὔοινος, XIII. 598. c. ἐριστάφυλος, III. 92. e. Eo coloniam duxit Gras, XI. 466. c. Ibi certamina instituuntur pulcritudinis mulierum, XIII. 610. a.

Lesbium vinum, omnium suavissimum, *lib.* I. *cap.* 51 *sq.* IV. 129. d. vectigalium immune Athenis, I. 28. e. Dulce Lesbium, *quod* protropon *vocatur*, stomacho commodum, II. 45. e. modice adstringens, celeriter per urinam transiens, I. 32. f.

Apud Lesbios coronae genus, hypothymis, XV. 678. d.

Patriâ Lesbius, Hellanicus *historicus*. Lesbiae; Sappho, *poëtria*; Calliστrata, *meretrix*.

Leschae Lacedaemoniorum, IV. 138. e. *n.*

Lestadae, Λιστάδαι, vicus in Naxiorum agro, VIII. 348. b.

Lethaeus *fluvius Asiae, Magnesiam praeterfluens* (*unde* Lethaeus Magnesius *dicitur*) *& in Maeandrum se exonerans*, XV. 683. c. *n.*

Lethargicis prodest unguentum melinum, *ex cotoneis malis*, XV. 689. c.

Lethon, Λήθων, Libyae fluvius, II. 71. b.

Leucadia, *peninsula Arcadiae, in qua* Leucas *oppidum, prope quod est* saxum de quo se praecipitavit Calyca, XIV. 619. d. e. *Vide supra*, Calyca: *& conf. Strab. lib. X. pag.* 452. *ed. Casaub.*

Leucadium vinum, I. 29. a.

Patriâ Leucadius, Philoxenus; Leucadia, Philaenis. (*Ind. Auct.*)

Leucaspis, *compellatur ab Anacreonte*, XIV. 634. c.

Leucereae (*an* Leucotheae, *aut* Leucoroae?) ſacer flos Theſeius, XV. 684. f. *n.*

Leucerineos, *arbor*, capriſicus alba, III. 76. c.

Leuciſcus, piſcium genus; *quo continentur* cephali, mugiles, *&c.* VII. 306. e.

Leucoium, alba viola, flos coronarius, XV. 680. c. *n. conf. Animadv. ad* XV. 675. e. *ubi memoratur* corolla ex leucoio.

Leucoinum unguentum, XV. 689. d. *n.*

Leucon, tyrannus Ponti, VI. 257. c.

Leucon, coqui diſcipulus *apud Poſidippum comicum*, IX. 376. e.

Leucophaeae, ficorum ſpecies, III. 78. a. *n.*

Leucophrys, *vetus nomen Tenedi inſulae*, IX. 393. e. *n.*

Leucophrys *Diana*, XV. 683. c. *n.*

Leuctrica, τὰ Λευκτρικὰ, Leuctricae pugnae tempora, X. 418. a. Leuctricus, Dionyſius. (*Ind. Auct.*)

Leucus, piſcis, *idem* ſacer *dictus*, VII. 284. a. *n.*

Leucus, *ſervi nomen*: παῖ Λεῦκε, III. 97. a. VI. 270. d. (*Utrobique iſtud nomen apud Athenaeum ſic ponitur, quaſi apud Romanos fuiſſet in uſu.*)

Lex: *eius definitio*, auctore Ariſtotele, XI. 508. a. *De variis Legibus vide voc.* Legumlatores, Amphictyon, Lycurgus, Solon, *&c. item loca ex* Platone de Legibus *citata, quae in Ind. Auct. indicavimus.*

Priſca lex, *de* non comedenda ove intonſa aut quae non peperiſſet, IX. 375. d. *conf.* I. 9. c. d. Alia lege, *in boum penuriâ, cautum fuit*, ut bubulâ abstinerent homines, IX. 375. c. Athenienſium leges favent ſervis, VI. 267. a. Convivalem legem amatoribus ſcripſit Gnathaena, XIII. 585. b. Nuptialis lex Naucratitarum, IV. 150. a. b. Sumtuaria lex Fannia apud Romanos, *lib.* VI. *cap.* 108. *n. Alia* apud Corinthios adverſus catillones, VI. 227. e. f.

Libamen! Libamen! XIV. 659. d. e. *n.* Libationes honoris cauſſâ, ἐπιχύσεις, X. 427. c. d. *n.*

Liber magnus, magnum malum, III. 72. a. Librorum collectio: *vide* Bibliotheca, *& Ind. Titulor. pag.* 232. Libri Libyci *proverbiali quodam modo dicuntur, pro* fabuloſis & prodigiorum plenis, III. 83. c.

Libum, *qualem* placentam *dicant Romani*, III. 125. f. 126. a.

Libya Alexandriae finitima, XV. 677. e. Libyca lotus,

XIV. 651. d. Libyca *cur* tibia *dicatur poëtis*, XIV. 618. b. Libyci libri: *vide paulo ante.* Libycum mare, ἡ Λίβυσσα ἅλς, II. 36. f.

Lichas in mare proiectus ab Hercule, II. 66. a.

Licinius. *vide* Craſſus. Λικίννιος *geminâ* ν *literâ* ſcribitur VI. 273. a. *more Graecis ſatis uſitato. Sic & mssti* VI. 252. d.

Lignum per rotas traiectum quum loco declivi vehitur currus, III. 99. c. Lignum ἔμπτρον, III. 100. d. Lignum (*ſ.* baculus) per manus traditum, (traditus,) ξύλου παράληψις, ſaltationis genus, XIV. 630. a. Lignea canis, II. 70. c. d.

Lilium, flos coronarius: τὸ κρίνον, XV. 679. e. *n. & 680. f. ex Theophraſto, ubi Plinius* alterum genus lilii *interpretatur. Sed apud alios promiſcue* κρίνον & λείριον, XV. 681. b. (*pag.* 482. *noſtrae ed.*) 683. d. *Rurſus tamen diſtinguuntur* κρίνα & λείρια, XV. 681. b. (*pag.* 483. *noſtrae ed.*) & 685. b. *Nonnullis* idem *eſt* κρίνον & ἴον, 681. b. *nonnullis* narciſſus idem ac λείριον, 681. d. e. (*Conf. Salmaſ. Hyle Iatric. pag.* 10. a. D. & *pag.* 23. *cap.* 24.) Lilia (κρίνα) *alia* alba *ſunt*, XV. 677. f. *alia* purpurea, XV. 681. a. Lilia (λείρια) in defunctorum ſepulcris, 684. d.

Lilium, Perſis Suſa, unde & urbs Suſa denominata, XII. 513. f. *Inde etiam* liliaceum unguentum (τὸ ἐκ τῶν κρίνων) Susinum *vocatur*, XV. 689. d. *Quod autem* V. 195. d. & X. 439. b. *in verſione latina* liliaceum *nominatur* unguentum, *pro eo ex veterum librorum praeſcripto* irinum *nominandum erat, nempe ex iridis radice; conf.* XV. 689. e.

Limnae, *locus Athenis. vide infra*, Paludes. Limnaeus Bacchus, X. 437. d. e. XI. 465. a.

Limyra, Lyciae oppidum. Incolae, Limyrenſes, XII. 528. a.

Lindus, Rhodi oppidum. *Ibi mos puerorum*, ſtipem petere hirundini, VIII. 360. d. Lindi *multa viſebantur* Parrhaſii opera, XV. 687. b.

Lindius Hercules Parrhaſii, XII. 543. f. *Patriâ* Lindius, Cleobulus, *item* Antheas. (*Ind. Auct.*) Lindium *nonnulli perhibent fuiſſe* Lacium, *quem* Argivum *alii ſtatuunt*, VII. 297. f. Lindia, Cleobulina. (*Ind. Auctorum.*)

Lingua. Super linguis libant apud Homerum, I. 16. b. *n.*

qui mos etiam ad posteros duravit, XIV. 659. e. & *ibi Animadv. pag.* 661 *extr. & seq.*

Exsertâ linguâ circumlingit labia Theophrastus, catillones imitans, I. 21. b.

Linum. Lini semine utuntur in cibis pro condimento, III. 111. a. *n.*

Linus Herculem erudiens, *apud Alexidem comicum*, IV. 164. b-d.

Linus, canticum, XIV. 619. c. *n.*

Lipara *insula, prope Siciliam.* ἐκ Λιπάρας maenides, I. 4. c. Ibi calidi fontes, II. 43. a. Λιπάραι, *plurali numero*, III. 105. a. *n.*

Literarum formae verbis descriptae, *lib.* X. *cap.* 80. Alpha, beeta, *&c. ex Calliae Arte Grammatica*, lib. X. c. 79.

Lithargyrea vasa, X. 451. d. *n.*

Lityersas, Midae filius spurius, Celaenorum Phrygiae rex, homo saevus & mirifice vorax, X. 415. b. *n.*

Lityerses, messorum cantilena, XIV. 619. a. *n.*

Livianae (*vel* Liviae) fici, Λιβιανὰ σῦκα, III. 75. f. *n.*

Locri Epizephyrii. Apud eos ex Zaleuci lege capitale erat, si quis merum bibisset, nisi a medico iussus, X. 429. a. Apud eosdem mulieres libidini cuiusvis prostituebantur, XII. 516. a. Locri & Phocenses nullis olim mancipiis usi, VI. 264. c. In eorum rebus exponendis errasse Aristotelem contendit Timaeus, *ibid.*

Locrica *quae dicuntur* carmina, amatoria sunt, XIV. 639. a. *immo* prorsus lasciva & moechica, XV. 697. b. *Ad eosdem Locros pertinet* Epizephyria saltatio, I. 22. b.

Patria Locrus, Diopeithes. (*Ind. Rer. & Pers.*)

Locrus (*an Euanthes, dux Locrorum? Strab. VI.* 259. *b.*) oppidum ibi condidit, ubi a lignea cane morsus erat, II. 70. c. d.

Locusta *piscis*, carabus, *de cancrorum familia, lib.* III. *cap.* 64. 65. & 67. *Tria habet*, διατριβὴν, εὐωχίαν, & θεωρίαν, VIII. 337. e.

Logodiarrhoea, I. 22. e. IV. 159. e.

Loligo, *lib.* VII. *cap.* 130. Exquisito condimento parata, I. 4. b. *Conf.* III. 96. b. Assata loligo, XIV. 622. f. velox *adpellatur* loligo *a poëta*, IV. 135. e.

Lopadion, meretricis *nomen*, XIII. 567. f.

Lopadussae *insulae*, a lopadibus *vel* lepadibus conchyliis denominatae, I. 30. d. *n.*

Lophnis, *Rhodiorum dialecto*, lampas ex cortice vitis, XV. 701. d. *n.*
Lordo, Λορδὼ, fictum numen Venereum, X. 442. a. *n.*
Lotus Libyca, arbor, (IV. 183. e.) eiusque fructus, *ex Polybii descriptione*, XIV. 651. d. Lotina tibia, IV. 182. d. e.
Lotus *palustris*, (*Nymphaea lotus*) flos fabae Aegyptiacae, III. 73. a. *n. Sunt autem duae species huius plantae, quarum altera* rosei coloris flores habet, *altera* caeruleos, *sive potius* albos, XV. 677. d. *Hinc* corona lotina & Antinoëa, *ibid. Conf.* Faba Aegypt.
Lotus *flos & herba pratensis: hinc* λειμὼν λωτοφόρος, XV. 685. a. *Haec, puto, planta intelligenda apud Cratinum,* λωτὸν *ut* στεφάνωμα *memorantem*, XV. 677. e.
Lous, mensis Macedonicus, XIV. 639. c. *n.*
Lucanica, VII. 330. c. XII. 516. f. *conf.* Isicia.
Lucernae & faces. *De his ex professo agitur* lib. XV. cap. 57-61. Lucerna non antiquum inventum; nam veteres taedae flamma usi erant, XV. 700. f.
Luciferi pompa *Alexandriae*, in pompa Ptolemaei Philad. V. 197. d.
Luctus. In luctu cur tondeatur capillus, detrahantur coronae, XV. 674. f. 675. a.
Lucullus, (Λεύκολλος) cerasum arborem primus Romam transtulit, II. 50. f. 51. a. debellato Mithridate luxuriam apud Romanos invexit, VI. 274. e. f. XII. 543. a.
Lucuntuli *placentae*, XIV. 647. d.
Ludi Daphnici, Dionysiaci, Olympici: *vide sub* Daphn. Dionys. *&c.* Suspendii ludus, IV. 155. d. e.
Luernius, Bituitis pater, Gallus opulentissimus, effusis largitionibus gratiam populi aucupans, *lib.* IV. *cap.* 37.
Lumbi *s.* lumbuli, in cibo, *lib.* IX. *cap.* 59.
Lumbrici, intestina terrae, VII. 304. f.
Luna concoctioni alimentorum prodesse *creditur*, VII. 276. d. *&* e. *Luna alit ostrea, & implet echinos*, III. 74. c. *n.* 88. c. *conf.* Plenilunium. *Fabula* de mulieribus in lunâ ova parientibus *&c.* II. 57. f.
Lupanaria, *lib.* XIII. *cap.* 24. A Solone instituta, XIII. 569. d. e.
Lupini, *legumen*, lib. II. cap. 45.
Lupus hiat frustra, *proverbium*, IX. 380. b. Lupus *voca-*

tur flos iridis, ob ſimilitudinem cum lupi labiis, XV. 682. a.

Lupus piſcis, *Graecis* Labrax, *lib.* VII. *cap.* 86 *ſq.*

Luſiades Nymphae, XII. 519. c. *n.*

Luſitania, pars Iberiae ſ. Hiſpaniae, VII. 301. a. VIII. 330. f. *Illius* felicitas & opulentia, VIII. 330-331. b.

Luſtrationis ſupplicum caerimonia, IX. 410. a. b.

Luxurioſi homines, IV. 165. d. e. *&* *deinde* eodem libro, cap. 60-67. *Tum rurſus* de Populorum & de ſingulorum Hominum Luxuriâ *agitur* libro XII. *toto.* *Vide* Seriem titulorum libri duodecimi, *Vol. IV. noſtri Athenaei, pag.* 570 *ſqq.*

Luxuria nimia multis malis adficit corpus, XII. 549. a. & animum effoeminat, XV. 687. a. Luxuriam & voluptatis ſtudium laudat Heraclides Ponticus, *lib.* XII. *cap.* 5. *n.*

Lyaeus *unde* nominetur Bacchus, VIII. 363. b.

Lyca, meretrix Attica, XIII. 567. e. *&* f.

Lyceum. τὸ δὲ τυραννεῖν ἐστιν (φλυαρεῖν malles) ἐν τῷ Λυκείῳ μετὰ τῶν σοφιστῶν, III. 98. f. In Lyceo coquus ingenioſus, qui in convivio ſalitam carnem eo condimento paraverat, ut ſalſamentum e piſcibus eſſe videretur, flagris caeſus eſt, IV. 137. f. In Lyceum ſe confert Socrates, V. 192. b. Lyceum quo pacto adminiſtratum fuerit a Lycone, lib. XII. cap. 69. *Athenaei aetate videtur* Cynicus *quidam* in Lyceo ſcholas habuiſſe, XIII. 565. f. *n.*

Lychnis, flos coronarius, aeſtivus, XV. 679. d. 680. f. *Unde* primum enata *ſit*, *& ubi* optima naſcatur, 681. f. σὺν καὶ περ τοξία χροιῇ λυχνὶς, *corruptus locus*, XV. 683. e. *ubi* πορφυρέα *ex coniect. corrigunt viri docti*, rubeſcentem lychnidem *intelligentes.*

Lychnites lapis, V. 205. f. *n.*

Lychnos, *ſ.* Lucerna, cognomen Synoridis meretricis, XIII. 583. e.

Lychnuchus, lychnus, & ſimilia, *lib.* XV. *cap.* 57 *ſqq.* *Confer*, Candelabrum.

Lycia. In Lycia *quo pacto* piſcium obſervatione vaticinentur ſacerdotes, *lib.* VIII. *cap.* 8. Lyciae rex apud Homerum hoſpitio excipit Bellerophontem, V. 185. b. c. Lyciae civitates, Arycandenſes & Limyrenſes, XII. 528. a.

Apud Lycios Sarpedon, I. 13. f. *n.* *Patriâ* Lycius, Herodotus, *qui* de Ficis *ſcripſit.* (*Ind. Auct.*)
Λυκιοεργὸς, in Lycia fabrefactus, XI. 486. e.
Lycius, Eleutheraeus Boeotius, caelator; a quo nomen inveniſſe phialas λυκιουργεῖς exiſtimant nonnulli, XI. 486. d. quas alii a Lycone, alii a Lycia terra denominatas putant, *ibid.* c. & e.
Lycolas, puer formoſus, XIII. 605. b.
Lycon Peripateticus (*cuius vitam ſcripſit Laërtius libro V.*) Lyceo praefuit ingenti cum faſtu & luxuriâ, *lib.* XII. *cap.* 69. Etiam extra Lyceum coenaculum habuit in aedibus Cononis, XII. 547. a. *Idem* pilae luſus peritiſſimus, 548. b.
Lycon caelator, XI. 486. d. *Vide paulo ante, in* Lycius.
Lycon, comoedias egit in nuptiis Alexandri, XII. 539. a. κωμῳδὸς *vocatur, non* κωμῳδιοποιὸς, *cum apud Athenaeum, tum apud Plutarchum: quare non ſatis cauſſae fuit cur in Comicorum Poëtarum numero poneretur a Fabricio.*
Lycophron: in eum oratio Lycurgi. (*Ind. Auct. in* Lycurgus.)
Lycoſtratus, VI. 234. f. *n. ubi* ἐπὶ Λυκοστράτου Γαργήττιος *corrupte. Forſ.* Ἐπίλυκος Στρατίου Γαργ. *aut* Ἐπίλυκος Λυκοστράτου.
Lyctii, Cretenſes: eorum convivia publica, IV. 143. a.
Lycurgus, Lacedaemoniorum legislator, XI. 508. a. aurum & argentum e rep. fuſtulit, VI. 233. a. b.
Lycurgus *Homericus*, Λυκόοργος, gravi utitur flagro, *ait Timon*, X. 446. e. *reſpiciens Iliad.* ζ'. *vs.* 130 *ſqq.*
Lycus, *famulus coqui apud Euphronem comicum*, IX. 379. d. 380. a. *n.*
Lycus & Eleutherus fluvii, in eumdem lacum influentes, XIII. 585. a. *n.*
Lyde, Antimachi amica, XIII. 597. a. Λυδὴ (*vel* Λύδη) Λυσηὶς, *ſive potius* Λυδηὶς, *dicitur Hermeſianacti*, XIII. 598. a.
Lyde *alia*, Lamynthii Mileſii amica, XIII. 597. a.
Lydi, luxu & deliciis famoſi, *lib.* XII. *cap.* 11 *ſq. unde* λυδοπαθὴς, homo mollis & luxurioſus, XV. 690. b. c. Lydi piſtoriâ arte praeſtantes, III. 112. c. Lydi Pelopem ſecuti migrarunt in Peloponneſum, XIV. 625.

e. f. Lydi cum fiſtulis & tibiis in bellum exeunt, XII. 517. a. XIV. 617. a. (*ex Herodot. I.* 17.)

Lydorum carycca, IV. 160. a. Lydorum coenas & Theſſalorum *coniunctim nominat Ariſtophanes*, X. 418. d. Lydorum inventum magadis, inſtrum. muſ. XIV. 634. f. Lydorum mulieres libidini cuiusvis proſtitutae, XII. 515. f. 516. b. Rex Cambles, immaniter vorax, X. 415. c. d. Lydorum rex Midas *fingitur a Clearcho*, maritus Omphalae reginae, XII. 515. f. 516. b.

Lydia vaſa, X. 432. e. *n.* Lydia magadis tibia, XIV. 634. c. Lydia pectis, *inſtrum. muſ.* IV. 183. e. Lydiae pſaltriae, XIV. 634. f. Lydiae virgines, XIV. 636. a. Lydae (*vel* Lydiae) paſſis crinibus, *bacchantium mulierum genus*, in pompa Ptolemaei Philad. V. 198. e. Lydiae fici, ſanguineae, III. 76. b.

Lygaea herba, quam cygnus in ſuum nidum ſolet congerere, IX. 393. e.

Lygdamis Naxius, ex praefecto copiarum tyrannus patriae, VIII. 348. c.

Lynceus. *Proverbium*, Lynceo ὀξυωπέστερος, III. 75. e. f.

Lynceus Samius, (*Ind. Auct.*) Theophraſti diſcipulus, frater Duridis, VIII. 337. d. paciſcitur cum Hippolocho de exponendo coenarum opipararum, quibus interfuturus eſſet, adparatu, IV. 128. a.

Lyra. Tibiarum cum lyra concentus, XIV. 617. f. 618. a. Ad lyrae cantum in hoſtes proficiſcebantur Cretenſes, XII. 517. a. XIV. 627. d. Oh! ſi lyra pulcra eſſem *&c.* XV. 695. c. *Scol.* 16.

Lyrophoenix, *inſtrumentum muſicum*, idem atque ſambuca, IV. 174. d. e. 183. c.

Lyſander *Lacedaemonius*, navali praelio vincit Athenienſes, VI. 271. f. Idem cum eſſet de genere Mothacum, ob virtutem numero civium eſt adſcriptus, *ibid.* Caupones in caſtris iuſſit vinum vendere aquâ dilutum, X. 431. d. *n.* Alter Pauſanias dictus ob luxum, XII. 543. b. *Theopompo vero ſi credimus*, temperans & induſtrius fuit, *ibid.* Multatus quod relictâ uxore aliam formoſiorem ducere voluiſſet, XIII. 555. c. Introducto in urbem argento, multorum malorum cauſſa fuit, VI. 233. f. In Lyſandrum Paean a Samiis cantari ſolitus, XV. 696. e. *n.*

Lyſander *memoratur etiam a Theopompo*, in rebus Charetis, XII. 532. d. *n. ubi quidem aut prorſus mendoſa videntur eſſe verba illa*, διὰ Λυσάνδρου, *aut alia quaedam videri debent intercidiſſe: fortaſſe Charetis pecuniam, de qua ibi agitur, contulerat Theopompus cum* Lyſandriâ pecuniâ, *de qua vide* VI. 234. a. *n.*

Lyſander Sicyonius, primus aſſum citharae cantum mutavit, & chromata bene colorata citharâ exſecutus eſt, XIV. 637. f. 638. a.

Lyſandridas Spartanus, in exſilium eiectus ob Ageſilai regis inimicitiam, XIII. 609. b.

Lyſias ſophiſta, (*idem orator, de quo videndus Index Auct.*) amator Metanirae meretricis, XIII. 592. b. c. & 593. f. (*Conf. Demoſth. Orat. in Neaeram, pag.* 1351. *ed. Reisk.*) *Idem* Lagidem amavit, XIII. 592. c.

Lyſias, philoſophus Epicureus, Tarſi tyrannus, V. 215. c. divitum pecunias pauperibus donavit, interficiens qui dare negaſſet, *ibid.*

Lyſiodae, tibiarum ſpecies, IV. 182. c.

Lyſiodi, *mimorum genus*, iidem *fere* cum Magodis, XIV. 620. e.

Lyſimachus, Ariſtidis Iuſti filius, indignus patre, XI. 506. b.

Lyſimachus rex, olim aerarii praefectus Alexandri, VI. 261. b. *dein* unus e ſucceſſoribus, II. 51. a. Poſtquam tributum ſalis Tragaſaei remiſit, ſal, quum antea evanuiſſet, continuo rurſus comparuit, III. 73. d. Avarus fuit admodum, VI. 246. e. Duro imperio preſſit Lemnios, VI. 254. f. Philoſophos publico edicto e regno ſuo expulit, XIII. 610. d. e. Aulicos eius ridet Demetrius Poliorcetes, cum ſcena comica illos conferens, XIV. 614. e. f. A Sotade maledictis proſcinditur, XIV. 620. f.

Lyſimachus Babylonius, Himerum cum trecentis convivio excepit, ſingulosque argenteo poculo donavit, XI. 466. b.

Lyſimachus, Attali regis praeceptor & aſſentator, VI. 252. c. *n.* (*Ind. Auct.*)

Lyſimachus tibicen celeberrimus, (*ſive potius* Lyſimachenſis, *aut* Lyſimachi filius, Hermippus) XIV. 615. b. *n.*

Lyſimenes, orator Athenienſis, V. 209. a.

Lyſippus, ſtatuarius, XI. 784. c. *n.* (*pag.* 224. *noſtr. ed.*)
Lyſitheus, Cineſiae ſodalis, impius homo, XII. 551. f.
Lyticus, (*i. e.* Quaeſtionum ſolutor) *cogn.* Soſibii Laconis, XI. 493. c.

M.

Macar, e diluvio Deucalionis ſuperſtes, Caridas oppidum in inſ. Chio condidit, III. 105. d. e. (*De* Macare *conf. Homeri Interpp. ad Iliad.* ω'. 544. *& Diodor. Sic. lib.* V. *cap.* 54. *&* 81. *ibique Weſſeling.*)
Macareus, vino gravatus, inceſtum commiſit, quod flagitium ſobrius numquam auſus fuerat, X. 444. c.
Macedonia, *Graecis aliâs* Μακεδονία, *ſed &* Μακηδονία *ob metri rationem*, III. 105. e. *n.* Inepto Macedoni Stratonicus εἰς Μακεδονίαν dixit, *adludens ſcil. ad vulgare dictum*, εἰς μακαρίαν, VIII. 351. b.

Macedones modeſte bibere neſciunt, III. 120. e. A Macedonibus primum in ſcenam producti ſunt ſervi coqui, XIV. 659. a. *quod qua ratione dixerit Athenaeus, in Animadv. expoſuimus.* Apud Macedonas in coena accumbere nemini licitum erat quin aprum extra retia interemiſſet, I. 18. a.

Macedonica ſaltatio, XIV. 629. d. Macedonicae voces & dictiones, III. 87. b. Talibus utuntur etiam Attici auctores, III. 122. a. κοῖον Macedones numerum dicunt, X. 455. d. ἐπιδειπνίδας iidem vocant omnis generis bellaria, XIV. 658. e.
Macetae, mulieres bacchantes, V. 198. e.
Machaon medicus apud Homerum, X. 458. e. faucius curatur a Neſtore, I. 10. a. & d. *At non vulneratum fuiſſe contendit Aſclepiades*, XI. 493. a. *n.*
Machatas, frater Philae, uxoris Philippi, XIII. 557. c.
Machinae bellicae. *Vide* Helepolis, *&* Sambuca. *Tum hîc memoranda* catapulta ab Archimede inventa, qua lapis trium talentorum aut haſta duodecim cubitorum ad ſtadii longitudinem vibrabatur, V. 208. c. Uſum machinarum bellicarum a Graecis didicerunt Romani, VI. 273. e.
Macilenti homines. *vide* Graciles.
Mactriſmus, ſaltationis genus ridiculum, *olim* apocinus dictum, XIV. 629. c. *n.*

Mactrypiae, mulieres mactriſmum ſaltantes, XIV. 629. c. d.
Maeandrius anſer, II. 57. d. Maeandrius Alciphron, *nempe ex Magneſiâ ad Maeandrum: vide Ind. Auct.*
Maedi, Thraciae populus, finitimi Paeonum, II. 45. c. *n. ubi olim quidem* Μήδων *ſcribebatur, pro* Μαίδων. *Forſan etiam* Μαίδους *pro* Μήδους *ſcribendum* IV. 184. a.
Maenides, *viles piſciculi*, lib. VII. cap. 92. *Laudantur tamen* maenides ex Lipara, I. 4. c. & Caryſtiae, VII. 295. c. *Memorantur porro* maenides, II. 63. a. 65. d. Foetus maenidum *eſt una ex* apuae *ſpeciebus*, VII. 285. a.
Maeonius bos, X. 412. e.
Maeotae piſces, a Maeotide palude denominati, VII. 312. a. Piſcis ex Maeotide palude, quem nominare non licet in verſibus, VII. 284. e. *n.*
Maeſon olim apud Athenienſes vocabatur coquus qui indigena eſſet, XIV. 659. a. Nomen habet a Maeſone hiſtrione, qui & coqui, & famuli pariter ab ipſo denominati, perſonam invenit, XIV. 659. b. & c.
Maeſonica ſcommata, *ibid.*
Magadis, inſtrumentum muſicum, fidibus tenſum, IV. 182. e. quod pulſatur, ψαλτικὸν, Lydorum inventum, XIV. 634. f. ſive Sapphonis, 635. b. *Alii vero* a Magdia Thrace inventam magadin *aiunt*, 636. f. Anacreontis magadis viginti chordarum fuit, XIV. 635. c. Idem inſtrum. magadis & pectis, XIV. 635. e. *licet* nonnulli distinguere videantur, 636. a. b. Magadis poſterioribus temporibus, mutatâ nonnihil ſtructurâ, ſambuca nominata eſt, 635. a. & pſalterium, 636. f. Magadizare, (μαγαδίζειν) *dicitur qui* magadin pulſat, *ibid.*
Eſt vero etiam tibia *quaedam* magadis *dicta*, IV. 182. d. *quae etiam intelligenda videtur* IV. 151. d. e. *ubi memorantur homines* tubis ex crudo boum corio confectis ita modulate canentes quaſi magadi canerent. *Eadem eſt autem* tibia magadis, *quae aliâs* tibia citharisteria (*vel* citharistica) vocatur, XIV. 634. e.
Magas, Cyrenarum rex, obeſus admodum, & ad extremum obeſitate ſuffocatus, XII. 550. b. c. Magae filia Berenice, XV. 689. a. *n.*
Magdalia, Lacedaemoniis κυνάδες *dicta*, IX. 409. d.

Magis, frequens nomen virile apud Delios, IV. 172. f. *n.*
Magna Graecia, *unde dicta*, XII. 523. a.
Magneſia, *Aſiae minoris oppidum ad Maeandrum*, Themiſtocli donata, I. 29. f. *Ibi* eximium vinum, Magneſium, Μάγνης οἶνος, I. 29. e. *Item* fontes calidi, II. 43. a. (*Plin. XXXI. VI.* 32.) optimae cucurbitae, II. 59. a.
Magnetes (Μάγνητες οἱ ἐπὶ τοῦ Μαιάνδρου *vel* πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ, colonia Delphenſium, IV. 173. e. f. Quum voluptatibus ſe dedidiſſent, in ſervitutem redacti ſunt ab Epheſiis, XII. 525. c. *n.* A Philippo, Perſei patre, pro exhibitis ficis accipiunt Myuntem oppidum, III. 78. f. Magnes Lethaeus fluvius: *vide* Lethaeus.
Magnetes (*Theſſaliae*) celebrant Hetaeridia, XIII. 572. d. e. Magnetes (*neſcio Theſſali, an Aſiatici*) ſaltant apud Seuthen, Thraciae regem, I. 15. f.
Magnum. Non in Magno ineſt bonum, ſed in bono magnum, XIV. 629. a. b.
Magnus, unus ex deipnoſophiſtis, I. 1. c. *n. natione* Syrus, XIII. 571. a. *quod notandum ad Animadv. noſtr. T. I. p.* 13.
Mago Carthaginienſis, deſerta Africae ter peragravit, ſiccâ polentâ victitans absque potu, II. 44. e.
Magodi, mimorum genus, iidem fere ac lyſiodi, XIV. 620. e. *Plura de eis*, 621. c. d.
Magodia *unde dicta*, XIV. 621. d.
Mala, *poma, fructus arboreus, lib.* III. *cap.* 20 *ſqq.* Univerſum genus *nonnulli* Delphica mala *vocant*, III. 81. e. *Praecepta medica de variis* malorum *ſpecibus, lib.* III. *cap.* 20. *ubi nominantur* mala orbiculata, ſetania, platania, Mordiana, Cydonia, ſtruthia. *De quoque iſtarum ſpecierum, ut & de aliis, confer eumdem hunc Indicem ſub proprio cuiusvis nomine. Sigillatim memorantur* Cydonia mala, *cap.* 21. *quae eadem atque* ſtruthia *eſſe aiunt alii, alii ab his distinguunt*, III. 81. c. d. *coll.* 81. f. & 82. a. Cydonia mala *nonnulli eadem faciunt atque* codymala, III. 81. f. Siduntia mala, III. 82. a. & b. Mala phaulia, Matriana, Heſperidum mala, *lib.* III. *cap.* 23. (*De* Heſperid. *conf.* III. 83. b. c.) Perſica mala cum nucibus Perſicis confunduntur ab Athenaeo, *cap.* 24. Citria, aurea mala, *cap.* 25-28. *eadem atque* Perſica & Medica, III. 83. d. Punica mala, granata, ῥοαὶ, *lib.* XIV. *cap.* 64. & III. 84. c.

Malorum inventor *perhibetur* Bacchus, III. 82. c. d.
Mala, *infortunia*. Alienorum malorum cogitatio facit ut noſtra aequo animo feramus, VI. 222. d.
Malacoſtraca, *cruſtacea animalia aquatilia*, III. 105. b. & c. *Sic vero etiam commode Dalecampius interpretatus eſt graecam vocem* ὀστρακόδερμα, III. 106. c. *n.*
Maledicentia *unde maxime naſci ſoleat*, X. 421. a. b.
Mali, *ſaepe* probis & honeſtis hominibus opulentiores, VI. 230. a.
Malophori: *vide* Melophori.
Malthaca, meretrix Attica, XIII. 587. f.
Malva, *lib.* II. *cap.* 52. Oſtrea cum malva & lapatho elixa, III. 92. a.
Malus navis: eius partes, earumque diverſa nomina, XI. 474. f. 475. a.
Mamertinum vinum, I. 27. c. d.
Mandragorae uſus ſoporem adfert, XI. 504. c.
Mandrogenes, ridiculus ſcurra, ſaltat cum vetula uxore, IV. 130. c. XIV. 614. d.
Maneros, carmen lugubre apud Aegyptios, XIV. 620. a.
Manes, *ſervi nomen in comoediis*, VIII. 336. f. IX. 402. f. XV. 667. a. *Generatim etiam* manes *dicitur, pro* ſervo, VI. 263. b. *n.*
Manes in cottabi ludo, XI. 487. d-f. XV. 667. a. & e.
Manes, poculum, XI. 487. c.
Mania, meretrix, Demetrii Poliorcetae concubina, XIII. 578. a. 579. a. Maniae *unde nomen*, cum proprium nomen Melitta fuiſſet, 578. b-e. *Eiusdem* facete dicta, *lib.* XIII. *cap.* 42.
Manius Curius, imperator Romanus, vitam rapis ſuſtentans, X. 419. a. aurum a Sabinis oblatum ſprevit, *ibid.*
Manna: *vide* Mel aërium.
Mantile, χειρόμακτρον, *lib.* IX. *cap.* 79.
Mantinea, Μαντίνεια, Arcadiae oppidum, IV. 154. d. XIV. 626. f.
Μαντινικὴ γογγυλὶς, I. 4. c. Μαντινιακὴ ὄρχησις, I. 22. b.
Mantinenſes (Μαντινεῖς) gladiatoriam artem (τὴν μονομαχίαν) primi invenerunt, IV. 154. d. *Iidem* rem militarem diligenter exercuerunt; unde priſca armatura vocatur Mantinica, IV. 154. d.

Mantitheus: in eum oratio Hyperidis. *vide Ind. Auct.*
Manto, Mopſi mater, oracula edens, VII. 298. a.
Manualia & digitalia geſtabant Medi, XII. 515. c.
Manuum geſticulatio: *vide ſupra*, Cheironomia.
Marathi, (Μαραθοὶ, *ſi vera ſcriptura*) populus dextram Tanaidis ripam tenens, XIII. 575. b. *n.*
Marathonis memores Athenienſes, marathum (*i. e.* foeniculum) addunt olivis muria conditis, II. 56. c. *Iuramentum* per eos qui ad Marathonem pugnarunt, IX. 380. c. Marathonium tropaeum, I. 28. c. III. 111. a. οἱ Μαραθωνομάχαι, VI. 253. f. *n.*
Marcellus Syracuſas oppugnat ſambucis, XIV. 634. b.
Marcus Imperator Larenſium ſacris faciundis praefecit, I. 2. c.
Mardonii adparatus coenarum, IV. 138. b. c. Mardonium tenui convivio excipiunt Thebani, IV. 148. e. Exercitus eius perit circa Athon montem, IX. 394. e.
Mare, commune eſt omnium, piſces vero eorum qui emerunt, VIII. 345. e. E mari victitans piſcator, cui retia ſunt aratrum, VII. 284. a. X. 422. a.
Marea, Μαρεία, fons (*aliis* lacus) & oppidum prope Alexandriam, a Marone nomen nactum, Bacchi comite, I. 33. d.
Margaritae, *lib.* III. *cap.* 45 *ſq. Ab aliis* lapides *vocantur*, III. 93. a-c. *ab aliis* oſſa, III. 93. d. *Non modo* in India capiuntur, *ſed &* in Armenia, Perſia, Suſiana, & Babylonia, 93. c. d. Ornamenta ex iis parata pluris aeſtimantur, quam aurea, *ibid.* d. Piſcatio margaritarum periculoſa, III. 94. a. b.
Margaritiferam concham, (III. 93. e. & f.) *quam alii* oſtreum *vocant*, III. 93. a - d. pinnam *vocat Iſidorus*, III. 93. e. 94. a.
Mariandyni ſponte in ſervitutem ſeſe tradiderunt Heracleotis, VI. 263. d. *n.* 264. e. Inde fortaſſe Δωροφόροι adpellati, *ibid.* Lugubria carmina canunt in Bormi honorem, XIV. 619. f. 620. a. Nigras caricas chytras vocant, XIV. 653. a. Mariandynus, Sagaris: *vide hac voce.*
Marii milites, adv. Iugurtham militantes, gorgona ſive catobleponta beſtiam interfecerunt, cuius pellem Marius Romae in Herculis templo ſuſpendit, V. 221. d - f.

Maro, unus ex Bacchi commilitonibus, I. 33. d. (*conf.* Marea.) Maronis vinum, Maroneum vinum, multum fert aquae, I. 26. a. 28. e.

Maronea, Thraciae oppidum, VII. 324. b. *ubi* nil nisi cauponae, VIII. 351. d. Ver ibi non esse *ait Stratonicus*, VIII. 351. f.

Maronita, Μαρωνείτης, Sotades, VII. 293. a.

Mars, Deorum fortissimus, cum amoribus illicitis se tradidisset, vinctus est ab infirmissimo Vulcano, XII. 511. b. Martis & Veneris concubitum cur *apud Homerum* cecinerit Demodocus, I. 14. a. Martis phiala, X. 433. c. XI. 502. b.

Marsyas fistulam κηρόδετον & tibiam invenit, quum superiores unâ arundine cecinissent, IV. 184. a. Marsyas, unus e Silenis, abiectas a Minerva tibias sustulit tractavitque, XIV. 616. f. *n.*

Maryptus, placentae genus, XIV. 647. c.

Masculus amor, ab Aeschylo & Sophocle in scenam productus, XIII. 601. a. b. frequens olim, *lib.* XIII. *cap.* 77. tyrannis infestus, *cap.* 78. *Conf.* Puer.

Masinissa, rex Libyae, quo pacto convivas exceperit, VI. 229. d. *Idem* parvulos nepotes ac neptes, donec tertium aetatis annum complessent, apud se alebat, eisque delectabatur, XII. 518. f. 519. a.

Maspetum, III. 100. f. *n. Animadv. Tom. II. pag.* 188.

Massa Syriaca, (παλάθη) caricarum aut cottanorum aut uvarum passarum, XI. 500. d.

Massilia, a Phocaeensibus Ioniis condita, XIII. 576. a.

Massilienses, (Μασσαλιῆται *vel* Μασσαλιῶται, X. 429. a. *n.*) effoeminati & turpi mollitiei dediti: unde proverbium, Massiliam naviges! XII. 523. c. Apud eos lege cautum erat, ne vinum biberent mulieres, X. 429. a.

Massiliense vinum, Μασσαλιήτης οἶνος, I. 27. c. IV. 152. c. *Patriâ* Massilienses, Euthymenes. *Ind. Auct.*

Mastix *vocab. a verbo* μασᾶσθαι *derivat Apollodorus*, XIV. 663. a.

Masurius *vel* Massurius Iuris consultus, deipnosophista, I. 1. c. *n.*

Mater Deorum: eius templum ingredi nefas erat si quis allium comedisset, X. 422. d. (*Conf. infra*, Metroon.) Mater filiorum Hippocratis, III. 89. e. *n.*

Maton, (*ſive ut volunt nonnulli*, Matron) ſophiſta, obſoniorum helluo, VII. 307. d. *n.* VIII. 342. d. e. *n.* 343. a. *Conf. Animadv. Tom. VIII. pag.* 450.

Matreas planus, Alexandrinus, praedicabat ſe beſtiam alere, quae ſe ipſam comederet, I. 19. d. *Idem* ridicula problemata, ad Ariſtotelis imitationem, proponere ſolebat, *ibid. Ab hoc, & ab eo quem ante nominavimus Matone ſophiſta, diverſus Metreas, vel Matreas, ſive potius Matron, parodus; de quo vide Ind. Auct.*

Matrimonium Athenis a Cecrope inſtitutum, XIII. 555. d. Matrimonii incommoda, *lib.* XIII. *cap.* 7 *ſq.*

Mattiana mala, (*nempe* poma) Romae clara, ex vico Alpino prope Aquilegiam, III. 82. c.

Matton heros apud Lacedaemonios, II. 39. c. *n.*

Mattya, edulii genus, *lib.* XIV. *cap.* 83-85. VI. 245. e. Theſſalorum inventum, Athenas introductum ſub Macedonum imperio, XIV. 662. f. *Generatim ſic dicitur* quodlibet edulium delicate ſumtuoſeque conditum, 663. d.

Matularum uſus in conviviis, I. 17. e. *n.* primum a Sybaritis introductus, XII. 519. e.

Maurus, Μαυρούσιος: Iuba rex: (*Ind. Auct.*) Aemilianus Grammaticus, I. 1. c. *n.* Maurus leo a Traiano interfectus, XV. 677. e.

Maxillae elixae, in cibum adpoſitae, III. 94. c. e.

Maza, plebeium & commune omnium alimentum, XIV. 663. b. mazam parare, μάττειν, *ibid.* Haſta mihi maza *&c. Archilochi dictum*, I. 30. f. Exigua maza, inter quinque diviſa, II. 55. a. exigua, atra & aceroſa, II. 60. b. & c. IV. 161. a. Mazarum varia genera ac nomina, *lib.* III. *cap.* 82. phyſta maza, IV. 149. a. *coll.* III. 114. f. *n.* Exquiſitae mazae Teiae & Eretrienſes, IV. 160. a. Poſtquam curioſius variata exquiſitiusque parata ſunt alimenta, detorto nonnihil vocabulo μάζα, ματτύη nominatum quodlibet ſumtuoſius edulium, XIV. 663. b. c. Intrita maza venuſtis-palpebris, XV. 685. e. Panis facilius concoquitur quam maza, III. 115. a. Mazae venator, *i. e. paraſitus vorax*, XV. 686. a.

Mazon, Bacchicum convivium, IV. 149. b. *n.*

Mazonomus, aeneum caniſtrum mazis imponendis, IV. 149. a. *ſ.* patinae aureae, Mazonomi aurei, *in pompa*

Ptolemaei, V. 197. f. Mazonomium, V. 200. a. *n.* 202. e.
Mecones purpurarum, III. 87. e. Meconia, *ibid.* f. *n.*
Mecum bibe! mecum lude! *&c. Scol.* 17. XV. 695. d.
Meda, Cotheli filia, Thraciae regis, Philippo nupta, XIII. 557. d.
Medea, ob Glaucae nuptias irata, XIII. 556. c. *Eadem* Aegeo nupſit, XIII. 556. f. 557. a.
Medeus Theſſalus Alexandrum coena excipiens, X. 434. c. *n.*
Medi Syris, (*Aſſyriis*) Medis Perſae imperium ademerunt, XII. 546. a. Medorum mollitiem & luxuriam adoptarunt Perſae, *lib.* XII. *cap.* 10. Quot annos natus eras quum Medus huc venit? II. 54. e.
Medi *dicuntur* Seuthes & Rhonaces, IV. 184. a. *ubi quidem* Μαιδοὺς *pro* Μήδους *legendum. Thrax fuit Seuthes, Maedi autem Thraciae populus. Vide ſupra*, Maedi.
Media. Ex Media phaſianae aves, tettari dictae, Alexandriam transvehuntur, XIV. 654. c.
Medicum vel Perſicum malum *Theophraſti, Athenaeo viſum erat* citrium *eſſe*, lib. III. cap. 26.
Medicamenta ad Venerem miro modo ſtimulantia, I. 18. d.
Medici ni eſſent, Grammaticis nihil foret ſtultius, XV. 666. a. Medicorum iactantia *ita in proverbium abiit, ut* inſignis *aliquis* iactator *dicatur* οὐδὲν ἧττων τῶν ἰατρῶν εἰς ἀλαζονείαν, IX. 377. f. Medicorum pyxides, Atticis κυλικίδες, XI. 480. c.
Profeſſione Medici *ab Athenaeo momorantur*, cum alii, *tum* Apollodorus, Apollonius Herophilius, Diocles, Diphilus Siphnius, Eraſiſtratus, Euthydemus Athenienſis, Iceſius *f.* Hiceſius, Menecrates Syracuſius, Menodorus Eraſiſtrateus, Mneſitheus, Philonides. (*Ind. Auct.*) *Porro* Daphnus, *&* Galenus, *qui in Deipnoſophiſtarum numero ponuntur.*
Medimnus, Hiſpanis ſiclus dicitur, VIII. 331. a.
Mediocritas optima, *lib.* IX. *cap.* 14.
Medontias, *vel* Medontis, Abydena, communis concubina Alcibiadis & Axiochi, XII. 534. f. XIII. 574. e.
Medulla, XIV. 653. f. Medullam albam *dicit Sophocles*, cerebrum *intelligens*, II. 66. a.
Meduſa. ἡμετέρη σὺ Μέδουσα, VIII. 345. b.

Megabyzus. ῥιγῶν ἐν Μεγαβύζου, VI. 248. a. *n.* *Item pro* Bagazo, *qui nominatur* XIII. 609. a. *n.* Megabyzus *nominari debuerat.*

Megalarti & Megalomazi ſtatuae, III. 109. a. b. X. 416. c.

Megallium unguentum, XII. 553. b. XV. 689. a. 691. a.

Megallus, unguentarius Siculus ſive Athenienſis, a quo nomen habet megallium unguentum, XV. 690. f.

Megalomazus. *vide* Megalartus.

Megalopolis, *opp. Arcadiae. Cives* Μεγαλοπολῖται, II. 58. f. *Patriâ* Megalopolitani: Cercidas Poëta; Diodorus *vel* Theodorus; Polybius; Ptolemaeus Ageſarchi filius. (*Ind. Auct.*)

Megaloſtrata poëtria, amatur ab Alcmane, XIII. 600. f. 601. a.

Megapenthes, Menelai filius, ſuis in nuptiis pincernae munere functus eſt, I. 18. b. IV. 180. c.

Megara *oppidum, aliud* Graeciae, *medium inter Athenas & Corinthum; aliud* Siciliae. *Cives utriusque*, Megarenſes, Μεγαρεῖς: *quorum ii qui Graeciam incolunt, quo a Siculis distinguantur*, Niſaei *cognominantur*, XIV. 659. b. *n.* & *ager circumiectus* ἡ Μεγαρὶς *vel* Μεγαρὶς Νισαία, XV. 683. b. *Plerumque vero iidem Niſaei Megarenſes nude* Megarenſes *nominantur. Ad hos igitur pertinet quod legitur* VII. 281. a. Megarenſes olera venum importare conſueſſe Athenas. *Iidem* a Boeotis ad Achaeos defecerunt, X. 418. b. *Ad eosdem ſpectat proverbium,* ὑπὸ Μεγαρέων τὸ δεινὸν, XIII. 570. a. *n.* Apud Megaricos poculum gyala vocatur, XI. 467. a.

Ab eodem oppido Aſpaſia *vocatur* ἡ ἀπὸ Μεγάρων ἑταίρα, XII. 533. d. *n. conf. ſupra, in* Ἀσπασία. *Adverbium loci,* Μεγαροῖ, VIII. 359. f.

Inde etiam nominantur Megarica doliola, I. 28. c. d. Megaricae ficus *arbores*, III. 75. d. Megarici glauci piſces, VII. 295. c.

Sed Megarenſis Siculus *memoratur* Maeſon hiſtrio, XIV. 659. b.

Megiſte, meretrix Attica, XIII. 583. e.

Megiſthes, Anacreonti memoratus, XV. 671. e. 673. d. 674. a.

Megiſto, Pelagontis Phocenſis filia, e templo Delphico rediens, rapitur a Cirrhaeis, XIII. 560. c.

Μειλίχιος Bacchus apud Naxios, III. 78. c.

Mel & oleum *apud poëtas* χλωρὸν *dicitur, id eſt*, ex viridi flaveſcens, II. 43. f. Mel *ab Alcmane vocatur* κηρίνα ὀπώρα, *quaſi* cereus fructus, XIV. 648. b. *Laudatur* mel Atticum, II. 48. b. *nempe* Hymettium, XIII. 582. f. Mel praeſtantius deteriori adfuſum, fundum petit, XV. 689. b.

Mellis odore vitam prorogavit Democritus, II. 46. f. Mel cum pane, alimentum Pythagoricorum, *ibid.* & 47. a. Mellis uſus longaevos reddit Cyrnos, II. 47. a. *coll. Animadv. Tom. VIII. pag.* 400.

Mel aërium *quo pacto colligatur*, XI. 500. d.

Mela, ἡ μέλη, poculi genus, XI. 486. e. f.

Melaenis Venus apud Corinthios, XIII. 588. c. *n.*

Melampus rationem diluendi vini primus invenit, II. 45. d. Proeti filias ſanavit furore correptas, VIII. 340. a. b. *n.* Melampus vates interfuit ſacris quae fecerunt Phylacus & Iphiclus, XI. 498. b. *n.*

Melanderinus piſcis, *olim* VII. 313. d. *n. ex librarii errore prognatus.*

Melandrys, *vel* Melandryas, maximorum thynnorum ſpecies, III. 121. b. *n.*

Melanippides, pythagorizans, ſed lubricis moribus, IV. 161. c. *neſcio an lyricus ille poëta, de quo in Ind. Auct. dictum eſt.*

Melanippus. *vide* Chariton.

Melanopus alipta, XII. 553. e. XV. 690. a.

Melanthius, Ulyſſis ſervus, XII. 549. a.

Melanthius, tragicus poëta, (*Ind. Auct.*) vorax obſonii helluo, VIII. 343. c. gruis ſibi collum precatus, I. 6. c. XII. 549. a.

Melanthus Meſſenius, patriâ pulſus, Thymoetae ſuccedit in regnum Athenarum, III. 116. d. e.

Melanurus piſcis, *lib.* VII. *cap.* 93.

Meleager iaculando vicit omnes, IV. 172. e. f. *n.*

Meleager, Glauconis filius, ridetur a Platone comico, II. 68. c.

Meleagrides aves, V. 201. b. IX. 387. d. in Aetolia ortae, XIV. 635. a. *Ex profeſſo de* meleagride *agitur* lib. XIV. cap. 71. *ubi adcurata avis illius deſcriptio.*

Meles, *ſive* Melas, nuptias celebrat, in Aſii carmine, III. 125. d.

Meleſias, Thucydidis filius, XI. 506. b.

Meliboea, Theſei uxor, Aiacis mater, XIII. 557. a. *n.*
Meliboea, Proſerpina, Plutonis uxor, XIV. 624. e. *n.*
Melicera, ova conchyliorum, III. 88. d. & e.
Melicerides, placentae, *ſive potius* favi mellis, XIV. 648. c. *n.*
Melicertes, mutato nomine Glaucus, VII. 296. d. *Alii aiunt*, Melicertae amore flagrantem Glaucum in mare ſe praecipitaſſe, VII. 297. a. b.
Melienſes, Μηλιεῖς, (*ſive* Μαλιεῖς, Malienſes) populus Theſſaliae, quorum oppidum Κολαχεία everſum eſt a Theſſalis, VI. 254. e. f.
Melilotus, flos *pratenſis* coronarius, de quo accipienda Cratini verba, XV. 685. c. *conf. Animadv. ad* 685. f. *Ab eodem flore nominatae ſunt* melilotinae coronae, XV. 678. c. & melilotinum *puto unguentum*, XV. 685. a.
Sed Naucratitarum *idiotiſmo* melilotus *eſt flos fabae Aegyptiacae, qui reliquis Aegyptiis* lotus *vocatur*, III. 73. a. b. *Unde* & melilotinam coronam *iidem Naucratitae nominant*, ibid. *Conf. Animadv. ad* XV. 685. a.
Meliſſa, Proclis filia, Periandri uxor, XIII. 589. f. *n.*
Meliſſa, meretricula Attica, IV. 157. a. *n.*
Meliſſa, vicus Phrygiae, ubi a Theodota ſepultus eſt Alcibiades, XIII. 574. e.
Melinum unguentum, *e cotoneis malis & ſtruthiis*, XV. 688. f. *n.* 689. c.
Melitenſes catellos *frequenter* alebant Sybaritae, XII. 518. a.
Melitus, (*mediâ ſyllabâ productâ*) miſer poëta tragicus, (*is qui Socratem accuſavit*) macilentus admodum homo, XII. 551. c. *n.*
Melophori regum Perſarum, XII. 514. b. & d. Eisdem etiam uſus eſt Alexander, XII. 539. e.
Melos, *una e Cycladibus: cuius laudantur* hoedi, I. 4. c. & fontes calidi, II. 43. a.
Patriâ Melius, Melanippides poëta. (*Ind. Auct.*)
Membrades, minuti piſciculi, qui cum ipſis ſpinis comeduntur, VIII. 357. e. *Iidem* bembrades, *lib.* VII. *cap.* 28. VI. 241. b. Membradum foetus *eſt* aphyae (*vel* apuae) genus quoddam, VII. 285. a.
Memnon, *Tithoni & aurorae filius*, ad Troiam mortuus, XV. 680. b.
Memphidis (*ſive* Memphidem) ſaltationem amavit Socrates, τῆς Μέμφιδος ὀρχήσεως ἥρα, I. 20. f. *n.*

Memphis *urbs*, ἀχείμαντος, I. 20. d.
Memphis, philoſophus & ſaltator egregius Romae, I. 20. c. *Conf. Animadv. Tom. VIII. pag.* 394.
Menaechmus, ex collegio LX. ſcurrarum Athenis, XIV. 614. e.
Menagyrtes. *vide Ind. Titulor.*
Menalcas, venator, ab Eriphanide poëtria amatus, XIV. 619. c.
Menander poëta, (*Ind. Auct.*) Glyceram amavit, XIII. 594. d. ab illa quo pacto receptus fuerit, parum feliciter actâ comoediâ, XIII. 585. c.
Menander ſatrapa, VI. 245. a. *n.*
Menda, Thraciae oppidum, I. 29. d. *n.*
Mendaei uvas in vineis pendentes elaterio rigant, I. 29. f. Mendaeum vinum, I. 23. a. 29. d. e. IV. 129. d. VIII. 364. d. Magna Mendaei vini copia ex Caſſandrea exportatur, XI. 784. c. (*pag.* 225. *noſtrae edit.*)
Mendes, *Aegypti oppidum. Inde* Mendeſium unguentum, XV. 688. f. Mendeſium Nili oſtium, *lib.* II. *cap.* 90 *extr. Patriâ* Mendeſius, Harpocration: *Ind. Auct.*
Mene, Μήνη, *eadem ac Selene*, Muſaei mater, XIII. 597. c. *n.*
Menecrates Syracuſius, cogn. Iupiter, *lib.* VII. *cap.* 33. *Eiusdem* ad Philippum regem epiſtola, cum Philippi reſcripto, *ibid. cap.* 34.
Menedemus philoſophus, II. 59. d. ſolitus olim noctu in piſtrino molam agere, quo haberet unde philoſophiae daret operam, IV. 168. a. b. Apud eum *qualis fuerit* conviviorum ratio, *lib.* X. *cap.* 15. Menedemi diſcipulus Cteſibius, IV. 162. e.
Menelaus, nuptias celebrat Hermionae filiae & Megapenthis filii, I. 9. a. *& lib.* V. *cap.* 9. Apud eum ſingulare genus convivii, I. 12. a. Domi aedes eius ſplendidiſſimae, I. 16. c. Ad Troiam nullam cum muliere habuit conſuetudinem, I. 25. f. XIII. 556. d. Invocatus ultro ad Agamemnonis convivium ſe confert, IV. 177. c. Immerito accuſatur a Platone ut ignavus & imbellis, IV. 178. b. c. Colloquium cum Telemacho, *ubi* amicum Ulyſſem longe anteponit opibus, *lib.* V. *cap.* 16. Menelao audaciam muſcae immittit Minerva, VI. 257. c.
Menelaus, Alexandri familiaris, venandi ſtudioſiſſimus,

XII. 539. d. *Idem* (*puto*) Demetrii Poliorcetae amicus, XIV. 614. f.
Meneſtae prius dicti apud Theſſalos, qui dein Peneſtae, VI. 264. b.
Menexenus, Platonis dialogus: *de quo vide quae ſupra ad voc.* Hippias Eleus *monuimus.*
Menippius (*vel* Menippeus) cognominatus *eſt* Varro, IV. 160. c. *n.*
Menodorus, *Medicus: vide Ind. Auct.*
Menon, cuius proditione Clearchus a Tiſſapherne occiſus eſt, temere laudatur a Platone, XI. 505. a. b.
Menos-come, Μηνὸς κώμη, Phrygiae vicus, II. 43. a.
Menſam ſuam cuique convivae adponi apud Homerum *exiſtimant nonnulli*, I. 11. f. Menſae Siculae, Sybariticae, Italicae, Chiae, I. 25. e. (*conf.* Siculae.)
Menſae ſecundae, *lib.* XIV. *cap.* 44 *ſqq. quarum de nomine conf.* XIV. 640. d. e. *Eaedem* epiphoremata, XIV. 640. e.
Mentes. Mentae (*i. e. Minervae*) apud Telemachum adponitur peculiaris menſa, I. 11. f.
Mentor, *frater uxoris Artabazi*, VI. 256. d. *n. Vide ſupra, voc.* Artabazus.
Mentoris perſonam induit Minerva, V. 191. d.
Mentula marina, III. 105. c.
Menunius, Illyrius, cuius filiam uxorem duxit Genthion (*vel* Genthius) rex, X. 440. a.
Meracius miſcere vinum, *lib.* X. *cap.* 22.
Mercuriales feriae apud Cretenſes, ſimiles Saturnalibus Romanorum, XIV. 639. b.
Mercurius: *conf.* Hermes. Ei lingua ſacra habetur, I. 16. b. *Idem* ſomni praeſes, *ibid.* Miratur aedium Calypſûs pulcritudinem, I. 16. d. Bacchum Nymphis educandum tradit, V. 200. c. *n.* Fiſtulam uno calamo conſtantem inveniſſe *dicitur*, IV. 184. a. *Apud Sapphonem* pocillator eſt Deorum, II. 39. a. V. 192. c. X. 425. d. Mercurius δόλιος, VI. 259. a. βουκλεψ, IX. 409. c. Ἐναγώνιος, certaminum praeſes, XI. 490. f.
Meretrix, ingens malum, XIII. 567. d. belluarum & monſtrorum pernicioſiſſimum, XIII. 558. a-c.
De Meretricibus *ex profeſſo agitur* lib. XIII. cap. 21-70. A meretricibus denominatae comoediae *recenſentur* XIII. 567. c. *n. quibus adiici poterant cum aliae,*

tum Alexidis Polyclea, Ameipſiae Mania, Antiphanis Chryſis, Diphili Synoris, Ephippi Philyra, Eubuli Nannium, Philemonis Neaera, Timoclis Neaera. Complurium meretricum Atticarum nomina *ſimul memorata leguntur*, XIII. 567. e. f. 583. e. 586. e. 587. e. & f.

Fucus, & *ſimilia* meretricum artificia, *lib.* XIII. *cap.* 23. Lupanaria, *cap.* 24 *ſq.* Venus vulgivaga a Solone conſecrata, *cap.* 25. Meretrices literarum ſtudia colentes, XIII. 583. f. *Variarum* meretricum ſcite reſponſa *in unum locum collata*, lib. XIII. cap. 49. *Adde Seriem Titulorum libri XIII. Tomo quinto Athenaei noſtri, pag.* 575 *ſq.*

Mergus avis, κολυμβὰς, IX. 395. e. Mergulum *latine dixeris avem, quae Graecis* κολυμβὶς, *ibid.* omnium avium aquatilium minima.

Meridie ficos comedere noxium *putabatur*, III. 80. a. & b.

Meriones Cretenſis, apud Homerum, IV. 181. b.

Merulae *aves, in cibo*, II. 65. d.

Merula piſcis, *lib.* VII. *cap.* 71.

Merum non bibitur Athenis, X. 431. e. Qui multum meri in conviviis bibunt, hi & corpori & animo nocent: nonnumquam tamen modice bibere prodeſt, XI. 483. f. 484. a.

Meſapii, & Meſſapii, Apuliae populus, *quorum* rex Artus, III. 108. f. 109. a. Meſapiis panos dicitur qui Graecis ἄρτος, III. 111. c. A Meſſapiis & Samnitibus Graeci Italiam incolentes inſtituta nonnulla Etruſcorum acceperunt, XII. 518. b.

Meſomphalos phiala, XI. 501. f.

Meſpilorum ſpecies maior, mala ſetania, *Animadv. ad* III. 81. a.

Meſſena (*vel* Meſſana) Siciliae, Μεσσήνη στενοπορθμὶς, III. 92. d. *Inde fuit* Botrys, Ludicrorum carminum inventor, VII. 322. a. Apud Meſſenios eruditionis laude claruit Charmus Syracuſius, I. 4. b.

Meſſena *Peloponneſi:* ibi ſcholae philoſophicae praefuerat Athenion, *Athenarum tyrannus*, V. 211. d. 212. a. Meſſeniorum crebrae *a Lacedaemoniorum dominatu* defectiones, VI. 264. f. Meſſenii publico edicto Epicureos philoſophos urbe ſua expulerunt, XII. 547. a. Meſſeniorum finitimi Phigalenſes, X. 442. b.

Meſſorum cantilena, Lityerſes, XIV. 619. a.

Metalla in terrae meatibus quaerentes, ipſum Plutum e penetralibus ſe educturos ſperant, VI. 233. e.

Metaneira meretrix, XIII. 587. a. Iſocratis amica, XIII. 592. b. & Lyſiae, *ibid.* c. & 593. f. Eius facete dicta, III. 107. e. XIII. 584. f.

Metaniptron, calix qui poſt coenam datur, *lib.* XI. *c.* 73.

Metapontus, Μεταπόντιον: *ibi* aenea laurus erecta in foro, XIII. 605. c. Metapontinas virgines ducentas obſides cepit Cleomenes Spartiata, XIII. 605. d. Metapontinorum aedicula Olympiae, XI. 479. f.

Metathemenus, (*i. e.* Transfuga) cognominatus eſt Dionyſius Heracleota, VII. 281. d. X. 437. e.

Methymna, Lesbi oppidum. κτένες ἐκ Μηθύμνης, III. 92. e. & *Animadv. ad* III. 86. e. Veteres de rebus Methymnenſium fabulae, XI. 466. c. d. Methymnaei bibaces & libidinoſi, X. 442. f. ſed eorum luxuriam Cleomenes tyrannus repreſſit, X. 443. a. *Patriâ* Methymnaeus, Theolytus, VII. 296. a. *conf. Ind. Auct.*

Graece ἡ Μήθυμνα & ὁ Μηθυμναῖος *ſcribitur, primâ ſyllabâ productâ. Sic apud Thucyd. Strab. Xenoph. aliosque, & plerumque apud Athenaeum. Sed &* ἡ Μέθυμνα, *primâ brevi, bis apud Noſtrum,* XI. 466. c. & d. *Quam ſcripturam, apud Scylacem etiam occurrentem,* (*Peripl. pag.* 87. *ed. Gronov.*) *ſuſpectam habuit Cellarius, Geogr. Antiq. lib.* III. *pag.* 15. *Sed Euſtathius, ad Iliad. β'. p.* 249. *l.* 7. *docet, primum & proprie* Μέθυμναν *fuiſſe dictam, nomine ducto a Bacchi cognomine,* (*de quo continuo deinde*) *poſtea vero primâ productâ* Μήθυμναν *fuiſſe nominatam.*

Methymnaeus Deus, Μεθυμναῖος, Bacchus, VIII. 363. d. *Conf. modo dicta, ubi de* Methymna *Lesbi oppido. Adde Plutarch. Sympoſiac. III.* 2. *pag.* 648. *c. d. & Euſtath. ad Odyſſ. γ'. pag.* 135. *l.* 32 *ſq.*

Meticha, meretricis nomen, quae Clepſydra cognominata eſt, XIII. 567. d.

Metopion unguentum, optimum in Aegypto paratur ex amararum amygdalarum oleo, XV. 688. f.

Metras, Μήτρας, Chius, populo carus, III. 100. d.

Metreas. *vide Ind. Auct.*

Metreta, Μετρητὴς, ob bibacitatem cognominatus eſt Xenarchus Rhodius, X. 436. f.

Metroon, *magnae Matris Cereris templum* Athenis, V. 214. e. IX. 407. c.
Metropolis, Phrygiae oppidum, XIII. 574. f.
Micion, piſcarius Athenienſis, VI. 227. b. & e.
Midas Phryx, relictâ Aſiâ, in Emathia habitavit, ubi roſas ex Odonia translatas in hortis coluit, XV. 683. b. *n.* Silenum cepit, II. 45. c. Midae filius, Lityerſes, X. 415. b.
Midas, mollitie & luxuria diffluens, *fingitur a Clearcho* Lydiae *fuiſſe* rex, Omphalae maritus, XII. 516. b.
Midas, *neſcio quis, memoratur apud Euphronem comicum*, & cum neſti mugile confertur, VII. 307. e.
Midias feriendis coturnicibus unice operam dabat, XI. 506. d.
Miletus. Ibi praeſtantes conficiuntur lecti, I. 28. b. *item* ſellae XI. 486. e. *ubi* κλίνη & δίφρος Μιλησιουργής. *Ibidem* eximii *comeduntur* lupi piſces, VII. 311. a. & c. d.

Mileſii, olim fortes & potentes, qui Scythas etiam armis vicerant, ad voluptates dein ita declinarunt, ut in proverbium abierint, *lib.* XII. *cap.* 26. *n.* Archelao citharistae ſtatuam aeneam in theatro poſuerunt, I. 19. b. Mileſii, protervi in vino, X. 442. e. Apud eosdem lege vetitum eſt ne vinum bibant foeminae, X. 429. a. b. Mileſiorum (*nempe vetuſtiorum*) ingenium, quod in Ionibus elucet, auſterum & durum, XIV. 625. b. Plebeii Mileſii, Gergithes *olim* dicti, XII. 524. a. Hellesponti & Ponti Euxini ora coloniis olim Mileſiorum frequentata, XII. 523. f. Mileſiorum colonia Abydus, 524. f.

Mileſium naſturtium, I. 28. d. Mileſium vinum, 29. a. cicer, II. 55. b. Mileſia ceraſa, II. 51. b. Mileſia cypreſſus, V. 205. b. Mileſiae oves, XII. 540. d. Mileſia lana, 553. b. Mileſiis tapetibus tenſi parietes, XV. 691. a. Mileſii lecti & ſellae: *vide paulo ante, in* Miletus.

Patriâ Mileſii *memorantur:* Clytus, & Hecataeus: (*Ind. Auct.*) Myrmecides. (*Ind. Rer.*)

Mileſia, *quae nominatur* V. 219. d. *eſt* Aſpaſia. *Sed generatim ac velut in proverbio* virgo Mileſia XIII. 572. a. *dici videtur quae ſit* modeſta *aut ſaltem* modeſtiam ſimulet.

Miliarium vas, calefaciendae aquae inſerviens, III. 98. c.
Milium. Ex milio & conyza paratur potio apud Paeonas, X. 447. c. d.
Millennalis quaeſtio, XV. 669. d. *n.*
Milo Crotoniates *mire* vorax, *nec minus mirabiliter* robuſtus, X. 412. e. f. In eum Epigramma, *ibid.* & 413. a.
Milto, poſtea Aſpaſia *iunior nominata*, Cyri iunioris concubina, XIII. 576. d.
Mimaulus. *vide ſupra, in* Cleon.
Mimi, (*homines*) in Antiochi Epiph. ludis Daphnicis, V. 195. f. X. 439. d. *Nominantur nonnulli* mimi, I. 19. f. & 20. a. *item* logomimus, I. 19. c. *Mimorum genus fuere* Lyſiodi & Magodi: *de quibus vide ſuis locis.*
Mimi, *poëſeos genus.* Sophronis mimos conſtanter in manibus habebat Plato, XI. 504. b. *n.* (*conf. Ind. Auct. in* Sophron.) Mimica poëſi *ipſe* Plato uſus eſt, XI. 505. b. quam invenerat Alexamenus Teius, *ibid.* b. c.
Mimi, *actionis hiſtrionicae genus*, X. 452. f. *ubi* ὑπεκρίνετο μίμους *idem valet ac paulo ante* ἐποιεῖτο τὰς μιμήσεις. *Sic* Cleon, cogn. Mimaulus, Italicorum mimorum ſolertiſſimus hiſtrio *fuiſſe dicitur*, ibid.
Mimnermi verſus (*conf. Ind. Auct.*) iuſtis modis decantari ſoliti, XIV. 620. c. Amica *eius* Nanno, XIII. 597. a. & f. & 598. a. Mimnermi poëſin ad amuſſim tenens Boeotus parodus, XV. 699. c.
Minae Atticae ratio ad pecuniam Romanam, IV. 146. c. d. *n.*
Mindax, *odoramenti genus*, XV. 691. a. *n.*
Minerva, *apud Epicharmum*, Dioscuris ἐνόπλιον carmen tibiâ accinit, IV. 184. f. *Apud Homerum* Mentoris formam induit, V. 191. d. Minervae ſacerdoti nefas eſt immolare agnam, IX. 375. c. Tibias proieciſſe *dicitur* Minerva, deformitatem oris cavens, XIV. 616. e. f. *Apud Sophoclem inducitur* oleo uncta, non unguentis, XV. 687. c. Victores poëtae coronabantur in Minervae templo, XV. 694. d. In Minervam Scolion, XV. 694. c. *num.* 1.

Minerva Chalcioeca Lacedaemone, XIII. 574. d. *n.* Colocaſſia eiusque delubrum apud Sicyonios, III. 72. b. Minerva Pallaenis, *Animadv. ad* VI. 234. f. Minerva Sciras, XI. 495. f. *n.* Minervae Servatri-

cis (Σωτείρας) habitu Phya Piſiſtratum in tyrannidem reduxit, XIII. 609. c.
Minnacus, (*ſive* Mynacus) ſutor, de Muſica disputans, VIII. 351. a.
Minos, Theſei amore captus, Phaedram filiam eidem nuptum dedit, XIII. 601. f. Minos, non Iupiter, Ganymedem rapuit, *ibid.* In Sicilia apud Cocalum necatur in balneo, I. 10. e. *n.*
Minturnae, oppidum maritimum Campaniae, I. 7. a. & c.
Miſcendi vini variae rationes, *lib.* X. *cap.* 28. & *cap.* 36 *ſq.*
Misgolas, (*perperam olim* Smigolas *edd.*) *lib.* VIII. *cap.* 22.
Miſy, tuberis genus in Cyrenaica, II. 62. a.
Mithaecus & Thearion, celebres Athenis piſtores, III. 112. d. *Conf. Ind. Auct.*
Mithras. Uno Mithrae feſto die inebriari licitum erat regi Perſarum, X. 434. e.
Mithridates, Ponti rex, Aſiam a Palude Maeotide & a Ponti ora usque ad Pamphiliam armis ſubegit, V. 213. a. Ad eum Athenion legatus mittitur ab Athenienſibus, V. 212. a. In bibacitatis certamine omnes ſuperavit Mithridates, X. 415. e.
Mithridaticum bellum, τὰ Μιθριδατικὰ, VI. 272. f. VIII. 332. f. Mithridates & Tigranes a Lucullo devicti, VI. 274. f.
Mituli, *congarum genus*, III. 85. e. *n.*
Mitylene, *Lesbi oppidum, cuius laudantur* pectines & alia conchylia, III. 86. e. *n.* 92. d. *Ibidem* unius e Muſis ſtatua erat ſambucam manu tenens, IV. 182. f.
Mitylenaeorum prytaneum, X. 425. a. Mitylenaeum vinum dulce, prodromus, I. 30. b.
Patriâ Mitylenaei *memorantur:* Alcaeus poëta, Callias Grammaticus, Chares hiſtoricus. (*Ind. Auct.*) *Tum* Heraclitus praeſtigiator, Leon calculorum ludo nobilis, Lesbothemis ſtatuarius. (*Ind. Rer. & Perſ.*)
Mnaſeas, Παιγνίων ſcriptor, (*Ind. Auct.*) cur Salpa fuerit cognominatus, VII. 321. f. 322. a.
Mnaſigeiton, unus e collegio ſexaginta ſcurrarum, XIV. 614. e.
Mnaſio, rhapſodus, XIV. 620. c.
Mnaſo, Ariſtotelis familiaris, mille ſervos aluit, VI. 264. d. *n.* 272. b.
Mnemoſyne, Muſarum mater, XI. 503. f. Senex etiam

cantor Mnemoſynen celebrat, *ait Euripides*, XIII. 608. f. *Adde Ind. Auct. voce* Moero.
Mneſibulus. Oratio Demoſth. in Evergum & Mneſibulum, XI. 481. f.
Mneſimachus, (*Ind. Auct.*) mediae comoediae poëta, IX. 387. a.
Mneſis, tibicina, Ptolemaei Philadelphi concubina, XIII. 576. f.
Mneſiſtratei philoſophi (οἱ Μνησιστράτειοι) voluptatis patroni fuere, ſicut Epicurei & Cyrenaici, VII. 279. d. e. *n.*
Mnotes, apud Cretenſes, famuli domeſtici ingenui, VI. 267. c.
Mnûs, *neſcio quid*, in bellariis *memoratur*, XIV. 642. f.
Modeſtia & pudor in primis commendant formae pulcritudinem, XIII. 564. b.
Modius. Super modio non ſedendum, *aenigma Pythagoricum*, X. 452. e.
Modum quae excedunt, in eis ſumtuoſitas quidem, ſed voluptas nulla ineſt, X. 419. b. Modica ſufficiunt, *Euripidea ecloga*, IV. 158. e. - 159. a.
Moerichus Phrynen meretricem ſollicitat, XIII. 583. c.
Moero Byzantia (*Ind. Auct.*) Homeri mentem recte interpretatur dicentis, Pleiades Iovi ambroſiam miniſtrare, XI. 490. e.
Moerocles demagogus, dona ab Harpalo accipit, VIII. 341. f. *n.*
Moliona. Eius filii Molionidae, ex ovo argenteo nati, ab Hercule occiſi, II. 57. f. 58. a. *n.*
Moloſſis *regio*, *vel* Moloſſia, boves habet quibus ſunt cornua immani magnitudine, XI. 468. d. & 476. d. In eius vicinia eſt Iolcos, XI. 468. d.
Moloſſorum regnum in dotem accepit Philippus cum Olympiade, XIII. 557. c. Moloſſi canes, κύνες Μολοσσοὶ, κύνες Μολοττικαὶ, V. 201. b. XII. 540. d. Moloſſica ſaltatio, XIV. 629. d.
Molpis. Ad hunc Parmeniſcus librum ſcripſit, cui titulus, Cynicorum Convivium, IV, 156. d. *coll.* c.
Monaulus, tibiae genus apud Alexandrinos uſitatum, IV. 174. b. Oſiridis inventum, 175. b. *Vide ibi totum cap.* 78. *lib.* IV.
Moneta. *vide* Numi.

Mongas, *ſive* Mingas, ſaltationis furioſae genus, XIV. 629. e. *n.*

Monile. *vide ſupra, in* Eriphyle. Monile aemulae ſuae pretium concubitus popoſcit Plango, meretrix Attica, XIII. 594. b. c.

Monimus, Pythionis filius, Panticam Cypriam ab Olympiade in matrimonium petit, XIII. 609. b. c.

Monius *olim in Athenaei praefatione* I. 1. c. *per librariorum errorem in numero deipnoſophiſtarum erat relatus, ubi* Magni *nomen a nobis repoſitum eſt.*

Monomachia: *vide ſupra,* Gladiatorum pugnas.

Montiana placenta, XIV. 647. c.

Monumenta Pythonicae concubinae ab Harpalo erecta, *lib.* XIII. *cap.* 67. Hetaerae Lydiae monumentum, XIII. 573. a. b. Monumenti paterni lapides vendidit Cteſippus, IV. 165. f.

Mopſus, Mantûs filius, colonos Phaſelidem duxit, praemiſſo Lacio, VII. 297. f. 298. a. Mopſus Lydus captam Atergatin, Syriae reginam, in lacu demerſit, VIII. 364. e.

Mopſus, vel Mopſueſta, Μόψου ἑστία, *Ciliciae oppidum; unde* Heraclides Mopſeates grammaticus, VI. 234. d. *n.*

Mora, fructus ſycamini arboris, item rubi, *lib.* II. *cap.* 36 *ſeq.*

Mordiana mala, (*ſcil.* poma,) ab Apollonia Mordio denominata, III. 81. a. *n.*

Moretum, intritum ex alliis, alliatum, τὸ μυττωτὸν, VII. 282. b. 304. b.

Mori quotidie, nec tamen vitam poſſe finire, *dicitur is qui inſanabili & chronico morbo laborat,* XII. 552. b.

Mormyrus piſcis, IV. 136. c. *lib.* VII. *cap.* 94. *Conf.* Myrmae.

Morphaſmus, ſaltationis ridiculae genus, XIV. 629. f.

Mors veretur pauperes, *proverbium,* VI. 240. c. Virtutis cauſſâ vel mori deſiderabile eſt, XV. 696. b. c.

Morus arbor, *idem* ſycaminus, *lib.* II. *cap.* 36.

Morychus. *vide Ind. Auct. voc.* Polemon, *p.* 179 *extr. & ſq.*

Moſchion, ὁ ὑδροπώτης, *i. e.* abstemius, II. 44. d. & VI. 246. b. *ubi facetum illius dictum adfertur. Idem* paraſitus, VI. 246. b. *unde ei &* παραμασήτης *cognomen,* VI. 242. c. IX. 382. d. *Idem* Moſchion φίλαυλος, VIII. 342. c. *n.*

Moſchion, coquus Demetrii Phalerei, per eum effuſe ditatus, indeque inſolentiſſimus, XII. 542. f.

Moſchus, Archeſtrati amicus, cui ille Gaſtronomiam ſuam dicavit, III. 111. f. VII. 278. b. & e. *Eiusdem* Moſchi *nomen, prorſus obliteratum vulgo, reſtituendum eſt auctori* VII. 301. d. *Vide Animadv. Tom. VIII. pag.* 447 *ſq.*

Moſtenae nuces, II. 52. b. *n. ni corruptum vocabulum.*

Moſynus, ſ. Moſynum. Circa Moſynum Thraciae boves veſcuntur piſcibus, qui in praeſepi illis obiiciuntur, VIII. 345. e. *n.*

Mothaces, apud Lacedaemonios, homines liberi quidem, nec tamen cives, VI. 271. e. f. *n.* Ex eo genere fuit Lyſander, *ibid.* f.

Mothon, μόθων, modus quidam αὐλήσεως, XIV. 618. c.

Mucius Scaevola Fanniam legem quo pacto ſervaverit, VI. 274. c. e.

Mugil piſcis, κεστρεὺς, *lib.* VII. *cap.* 77 - 79. III. 86. e. XIV. 623. a. *Laudantur* mugiles οἱ ἐν Συμαίθῳ, I. 4. c. *n. Unde* VII. 295. f. *n. ubi* κεστρεὺς Ὑμήττιος *ſuſpectâ poſteriore voce vulgo legitur, ſuſpicari poſſis* κεστρεὺς Συμαίθιος *ſcribi debuiſſe. Sed vocab.* Συμαίθιος *non magis, quam* Ὑμήττιος *opportunum verſui erat futurum. De ipſa autem ſcripturâ* ἐν Συμαίθῳ I. 4. c. *pariter dubitatio incidit, pro qua apud alios auctores* ἐν Σκιάθῳ *legitur. Itaque, donec certius quidpiam producatur, integram tenemus noſtram coniecturam, pro* Ὑμήττιος VII. 295. f. νῆστις *eſſe legendum. De proverbio*, mugil ieiunus, *vide* VII. 307. c.

Mulier (*conf.* Uxor, & Meretrix.) Mulier ἀκάθαρτος *ridicule dicitur*, cui ſuppreſſi menſes, III. 99. e. Mulierem qui dicit, omnia mala dicit, XIII. 559. f. Mulieres inprimis ſolertes in dignoſcenda liberorum cum parentibus ſimilitudine, V. 190. e.

Mulieres bibaces, X. 440. d. e. praeſertim Graecae, *lib.* X. *cap.* 57 *ſq.* Romanae mulieres abstemiae, X. 440. e. f. *item* aliae mulieres Italicae; cuius moris origo ex vetere fabula de Hercule potum petente repetitur, X. 441. a. *Etiam* Maſſilienſibus & Mileſiis mulieribus non licet vinum bibere; *vide ſupra, voc.* Maſſilia, & Miletus.

Mulieres, quamvis bene ſe habeant, morbum ſimulare amant, XIII. 558. f. Bella & calamitates

propter mulieres ortae, *lib.* XIII. *cap.* 10. Formoſarum mulierum recenſus, *lib.* XIII. *cap.* 89. Mulier cum muliere bellum gerens, utraque ſuas copias ipſa in aciem ducens, XIII. 560. f.

Mullus piſcis, (τρίγλη) *lib.* VII. *cap.* 125 - 127. Hecatae ſacer, *ibid. cap.* 126. rubris genis mullus, IV. 135. b.

Mulſum. Mulſo Ariſtoxenus rigabat lactucas, I. 7. c.

Mundi exuſtio, *ſaltationis genus ſic dictum*, XIV. 629. e. Globoſum eſſe mundum perſuaſi veteres, ad mundi imitationem rotunda multa ad vitae uſum effecerunt, *lib.* XI. *cap.* 88.

Munifici convivatores, *lib.* I. *cap.* 5.

Munichia, *oppidum Atticae cum portu. Ibi* heros colitur Acratopotes, II. 39. c. Praefecto praeſidii *Macedonici*, quod Munichiam tenebat, adulatus eſt Phocus, Phocionis filius, IV. 168. e.

Muraena piſcis, μύραινα & σμύραινα, *lib.* VII. *cap.* 90. Morſus muraenarum quae ſatu viperae procreantur, lethalis habetur, VII. 312. d. Sed eas negant alii cum viperis coire, *ibid.* e. *Conf.* Myraena.

Muriâ mixtum poculum ebibere tenebatur qui propoſitum griphum non poſſet ſolvere, *lib.* X. *cap.* 88.

Muricîda, planta *ſic nominata*, IX. 371. d. *cuius proprium nomen ibi* σκιὰς *ſcribitur, cum* ἀκοντιὰς *fortaſſe ſcribi debuiſſet.*

Murum Demades adpellavit veſtem urbis, III. 99. d.

Mus piſcis, idem qui capriſcus, VIII. 356. f. *n.*

Muſa. Μουσῶν σκελετὸς vocatur Lamprus mortuus, II. 44. d. Muſa vetus cedat novae! III. 122. d. Μοῦσα ἀρχεσίμολπος, IV. 180. e. Μοῦσα κάτοχος, V. 219. c. *n.* Muſis earumque matri Mnemoſynae libat Deipnoſophiſta, XI. 503. f. Muſae, Mnemoſynae filiae, XV. 696. d. *In voce* μοῦσα *luſus*, τήνδε Μοῦσαν, τὴν δ' ἐμοῦσαν, XIV. 616. c. Unius ex Muſis ſtatua, ſambucam vel magadin manu tenens, IV. 182. f. XIV. 635. b. *Conf.* Muſeum.

Muſca. Muſcis Olympiae immolatur taurus, I. 5. a. *n.* Muſcae incommodantes Alexandrum, VI. 249. d. e. Muſcae audaciam Menelao immittit Minerva, VI. 257. c. Muſca ſex aut ſeptem annos vivens, VIII. 353. a.

Muſculi corporis, labore nimium intenti, laxantur balneo, I. 24. d.
Muſculi, conchae, III. 85. d. 87. a.
Muſeum Athenienſe (*immo* Alexandrinum) *Timon* caveam *vocat*, in qua rarae aluntur aves, I. 22. d. *n. coll. Suppl. Animadv. Tom. I. pag.* 496. τὴν ἐν Μουσῶν (*i. e.* ἐν Μουσείῳ, in Muſeo Alexandrino) σίτησιν Pancrati poëtae conceſſit Adrianus Imp. XV. 677. e. f.
Claudium muſeum, VI. 240. b. *n.* Muſeum (Muſarum templum) in Helicone, XIV. 629. a.
Muſica: *conf.* Harmonia. Perverſus muſicae uſus ſub Athenaei aetatem, I. 18. e. Muſica ab hominibus ad avium imitationem inventa, IX. 390. a. Muſicae laus, *lib.* XIV. *cap.* 18. Morbis nonnullis medetur muſica, XIV. 624. a. b. Emollit mores, quod Arcadum exemplo oſtenditur, *lib.* XIV. *cap.* 22. temperat nimium animorum impetum, *cap.* 24.
Muſica inſtrumenta alia inflantur, alia fidibus tenſa pulſantur, IV. 174. b. Muſicum diagramma primus invenit Stratonicus, & concentum muſicum primus docuit, VIII. 352. c. d.
Muſicus cognominatus Agias. *Ind. Auct.* Muſicus Alcides, Alexandrinus, deipnoſophiſta, I. 1. f.
Muſtacea ex mulſo, muſtacea ſeſamata, *placentarum genera*, XIV. 647. d.
Mycerinus, rex Aegypti, voluptatibus ſe totum tradidit, X. 438. b.
Myconus, una ex inſulis Cycladibus, XIII. 606. e.
Myconii, ſordide parci, I. 7. f. *n.* & 8. a. *Inde* Myconius *in proverbio dicitur* homo pauper, ſordide parcus, & cupidus, *ibid. item* paraſitus, qui invocatus ad coenas venire ſolet; *quo reſpicit Machon*, VIII. 346. b. *n.*
Mydoniatae *populus*, VIII. 346. a. *n.*
Mylaicae fici, III. 78. a. *Ab oppido, ſive Siciliae, ſive Theſſaliae, cui nomen Mylae.*
Mylaſſa, (*neutr. plur.*) Cariae oppidum, ubi plura templa quam homines, VIII. 348. d. *n.* (*Perinde & ſimplici & geminatâ s literâ ſcribi ſolet id nomen.*)
Mylli, Syracuſis placentarum genus, XIV. 647. a.
Myllus piſcis: (*diverſus a mullo*) *idem* ἀγνωτίδιον & platiſtacus, III. 118. c. d. Sed *pro* diverſa magnitudine di-

verſa iſta nomina ſortitur, *ibid. Conf.* III. 121. c. VII. 322. c. *n.* 329. d. IX. 403. b.

Mylon, (Μύλων, *gen.* Μύλωνος,) Aegypti oppidum, VIII. 337. c. *n.*

Myma, edulii genus *quale*, XIV. 658. e. 662. d. e.

Mynacus: *vide* Minnacus.

Myndus *Cariae oppidum*, a Menippo Cynico ἁλμοπότις adpellata, I. 32. e. Myndium vinum, *ibidem.*
Patriâ Myndius, Alexander. (*Ind. Auct.*)

Myniſcus tragoedus, helluo, VIII. 344. d. e. *n.*

Myra, τὰ Μύρα, *Lyciae oppidum:* ubi optima naſcitur ruta, II. 59. a.

Myraena, Ichthyis & Heſychiae filia, VII. 301. d.

Myrlea, Bithyniae oppidum: unde Myrleanus Aſclepiades. (*Ind. Auct.*)

Myrmae *piſces, iidem ac* mormyri, VII. 321. a. *n.*

Myrmecides Mileſius, clarus olim caelator, XI. 782. b. *n.* (*pag.* 215. *noſtrae editionis.*)

Myron, ſtatuarius, pater Lycii, XI. 486. d.

Myroniden calumniatus eſt Plato, XI. 506. d. *n.*

Myrrha, *graece* σμύρνα, Aeolice μύῤῥα, XV. 688. c. Ex myrrha conficiuntur pleraque unguenta, *ibid.* Ex Aegypto ad Graecos deportatur, XV. 689. c. *conf. infra*, Stacte.
Decoctum ex myrrha & iunco odorato adfunditur vino, quo minus inebriet, XI. 464. c. In propomate bibebant vinum myrrhâ (σμύρνῃ) condîtum, II. 66. c. d. *Quod* vinum myrrhinum *nominabatur*, ὁ μυῤῥίνης οἶνος, I. 32. b. *n. Conf. omnino Plin. XIV. XIII.* 15. *& Aeliani interpp. ad Var. Hiſtor. XII.* 31. *Quod vero apud Athenaeum* (*in Epitoma quidem*) *loco citato* μυρτίτης ἢ μυῤῥίνης *ſcribitur, videndum ne pro* μυρτίτης *ſcribi debuerit* μυῤῥινίτης, *ut apud Aelianum loc. cit. apud quem quidem viri docti* μυῤῥίνην *ſcriptum malint; alii* μυρίτην, *ut H. Stephanus,* (*in Ind. Theſ. pag.* 1482 *ſeq.*) *ſcilicet a vocab.* μύρον *derivans, ut ſit* vinum unguentatum: *quâ notione Diphilus comicus apud Athen.* IV. 132. e. μυρίνην *correptâ primâ ſyllabâ dixit. Aliud vero eſt* myrteum vinum, *de quo paulo poſt, ſub voce* Myrtus.

Myrrhina, meretrix *Attica*, XIII. 567. f. ſumtuoſiſſima, Hyperidis concubina, XIII. 590. c. & d. Myrrhina

Samia, (*neſcio an eadem*) Demetrii Poliorcetae concubina, XIII. 593. a.

Myrſilus, Mitylenarum tyrannus, X. 430. c. *n.*

Myrtilus, *Oenomai auriga.* Myrtili naufragium, III. 108. d.

Myrtilus, poëta *veteris comoediae*, (*de quo vide Suidam ſuo loco, & Fabric. Tom. II. pag.* 471. *edit. Harl.*) in cauponis ſemper vitam egit, XIII. 566. e. f. *n.*

Myrtilus deipnoſophiſta, poëta, I. 1. c. *n.* crepidarii filius, XIII. 568. e. Theſſalus, III. 108. d. *n.* Turpis vita ei obiicitur, XIII. 566. f. Κορινθίων σοφιστὴς *appellatur* XIII. 567. c. *coll.* 573. c. *Vide ſupra, in* Corinthia.

Myrtis Argivus, VI. 254. d. *n.* Iudex *fuit* Myrtis, *quod ex ipſo illo loco intelligitur. Eumdem, ſive eius cognominem nominat Demoſthenes* (*pro Coronâ, pag.* 324. *edit. Reisk.*) *eorum in numero qui civitatem ſuam Macedonibus prodidiſſent. Quod autem vulgo ſcribitur* Μύρτις μύστης, *non dubito per errorem irrepſiſſe poſterius vocabulum. Nempe* μύστης *ibi ex* μύρτης *corruptum:* μύρτης *autem eſt diverſa ſcriptura nominis* Μύρτις, *& utraque ſcriptura perperam copulata eſt in vetuſtis noſtris membr. A. cuius generis erroris frequentia exempla in eodem codice obſervavimus. Eadem ſcripturae diverſitas in eodem nomine apud Harpocrationem & Suidam obtinet: nam apud Harpocr. quidem* Μύρτις *ſcribitur ſicut apud Demoſthenem, apud Suidam vero* Μύρτης.

Myrtium, concubina Ptolemaei Philadelphi, proſtibulum olim publicum, XIII. 576. f.

Myrto, Ariſtidis filia, nepotis Ariſtidis Iuſti, altera uxor Socratis, XIII. 556. d.

Myrtus, *arbuſtum.* ἡ μύρτος, XV. 695. a. & b. *Scol.* 10. & 12. *Item,* ἡ μυρρίνη, *quae* fragrantiſſima in Aegypto, XV. 676. e. *Conf. ibid.* a. *ubi pro* μυρρίνας χλωρᾶς, μυρρίνης χλωρᾶς *rectius ſcribetur: ex eodem loco intelligitur,* τὴν μυρρίνην collective *ſignificare* myrtos.

Huius frondes μύρρινα φύλλα *dicuntur* III. 81. d. *ubi in latina verſione, pro* myrrhina folia, *corrige,* myrteae frondes, *vel* myrti frondes.

Myrtea corona, adſtringendi vim habens, μυρσίνης στέφανος, XV. 675. e. ὁ τῆς μυρρίνης στεφαν. 676. c. ὁ ἐκ τῆς μυρρίνης στεφ. *ibid.* ὁ ἐκ μυρρίνης πλεκόμενος στεφ. XV. 678. a.

Myrteum unguentum, ex *myrti* foliis, XV. 689. d. *ubi τὸ μύρρινον ex Theophraſto citatur; ſed apud Theophraſtum ipſum hodie μύρτινον legitur.*

Myrti baccae, μύρτα, II. 49. e. XIV. 652. d. 653. f. *Item* μυρτίδες, II. 52. f. & XIV. 651. d. *ubi* fructus loti Libycae ſimilis *eſſe dicitur* ταῖς λευκαῖς μυρτίσι ταῖς τετελειωμέναις. *Item* ἡ μυρρίνη, *in ſingulari, collective* myrti baccae, II. 44. d. *ubi* Matris Athenienſis nonniſi parum myrti baccarum (ὀλίγον μυρρίνης) comediſſe *memoratur. Sed & plurali numero,* αἱ μυρρίναι, III. 75. c. *ubi memoratur ſpecies quaedam* myrti baccarum, *quae* phibaleae *nominantur.*

Myrteum vinum, ex myrti baccis (ἐκ τῶν μύρτων) expreſſum, II. 43. f. *n. quo cum loco utique conferenda aliorum ſcriptorum teſtimonia, in Animadv. a nobis indicata.*

Myrus, piſcis, *lib.* VII. *cap.* 91.

Mys, clarus olim caelator, XI. 782. b. *n.* (*pag.* 215. *noſtrae ed.*)

Myſia. Procurator Caeſaris in Myſia, IX. 398. e. Myſius Olympus mons, ad quem Pruſa oppidum, II. 43. a.

Myſta, Seleuci iunioris (cogn. *Callinici*) concubina, XIII. 578. a. bello capta a Gallis & vendita, XIII. 593. e.

Myſtalides, Cineſiae ſodalis, impius in Deos, miſere periit, XII. 551. f. 552. a.

Μυστηριῶτις, una e familiis Cerycum Athenis, VI. 234. f.

Mythus *nominabatur* hortus prope Syracuſas, ubi reſponſa dabet Hiero, XII. 542. a.

Myus oppidum, Themiſtocli dono datum, I. 29. f. Eo potitus Philippus Perſei pater, cedit Magnetibus, III. 78. f.

N.

Nablas, *vel* Nablium, inſtrumentum muſicum, IV. 175. b-d. Sidonium nablium, IV. 175. c.

Naïs nympha, Glauci mater patre Neptuno, VII. 296. c.

Naïs, meretrix Attica, XIII. 586. f. *n.* Archiae mancipium, XIII. 592. c. Philonidis concubina, *ibid.* vetula adhuc ſuam artem exercuit, 587. f.

Nannarium, meretricula, XIII. 587. e.

Nannium, meretrix Attica, *ſuperior*, una ex eis quibuscum

Themiſtocles pleno foro urbem transvectus eſt, XIII. 576. c.
Nannium, meretrix Attica, *poſterior*, XIII. 567. e. & f. 587. f. vera Scylla, 558. c. (*ubi olim* Nanno *edd.*) Proſcenium cognominata, 587. b. *An eadem atque Nico? An Nannium pariter atque Nico* Αἴξ (*i. e.* Capra) *cognominata eſt? Vide* XIII. 587. a. *n.*
Nanno tibicina, Mimnermi amica, XIII. 597. a. & f. & 598. a. *Conf. Ind. Auct. in* Mimnermus.
(*Nanno olim etiam edd.* XIII. 558. c. *pro Nannio.*)
Nanus, rex regionis Maſſilienſis, filiam ſuam Euxeno Phocaeenſi in matrimonium collocat, XIII. 576. a.
Nanus, placentae genus, XIV. 646. c.
Napus, *Graecis* bunias, IX. 369. b. c. Napus ex Thebis, I. 4. d.
Napus *dixere Attici, pro* ſinapi, IX. 367. a.
Narbon, Galliae fluvius, VIII. 332. a.
Narciſſus, flos coronarius, XV. 680. e. Ex hedera & narciſſo textae coronae, 679. f. Narciſſus a nonnullis etiam lilium vocatur, ab aliis acacallis, ab aliis crobalum, 681. e. Narciſſinos olisbos *per iocum dixit Cratinus*, XV. 677. f.
Nardinum unguentum, II. 46. a. V. 195. d. X. 439. b. XV. 689. c. 690. a. optimum conficitur Tarſi, XV. 688. a.
Naſci. Non eſſe natum, longe optimum, aut, natus ſi ſis, celerrime emori, III. 124. b.
Naſturtium *laudatur* Mileſium, I. 28. d.
Naſtus, panis *aut* placentae genus, III. 111. c. *n.* VI. 268. f. *n.* XIV. 646. e.
Natura, artium omnium fons & origo, III. 102. a.
Nauclides Lacedaemonius, publice in concione obiurgatus obeſitatis cauſſa, adiecta exſilii comminatione ni vitam corrigeret, XII. 550. d.
Naucrates, pater Misgolae, VIII. 339. b.
Naucratis, Aegypti oppidum, Athenaei patria, III. 73. a. *Quare is* Naucratim *nominans*, ἐν τῇ ἐμῇ Ναυκράτει *ait*, VII. 301. c. Ibi eximii conficiebantur calices, XI. 480. d. e. Una ex portis oppidi Figlina nominabatur, cuius in vicinia multae erant figulorum officinae, *ibid.* e. Famoſae ibidem erant meretrices, XIII. 596. b.

Naucratitis nuptiale convivium celebrantibus non licet ova adponere convivis aut placentas mellitas, IV. 150. a. Naucratitarum coenae, *lib.* IV. *cap.* 32. Naucratitis favebat Venus, cuius etiam imaguncula in illorum gratiam miraculum edidit, XV. 676. a. b.

Naucratita corona, XV. 671. e. & 675. f. - 676. e.

Patriâ Naucratitae, *praeter Athenaeum ipſum, memorantur* Lyceas, Phylarchus, Polycharmus; (*Ind. Auct.*) & Heroſtratus. (*Ind. Rer. & Perſ.*) Naucratitam origine fuiſſe Ariſtophanem comicum perhibet Heliodorus, VI. 229. e.

Naves primus invenit Ianus, XV. 692. d. e. Oneraria navigia (acatos) primi fabricati ſunt Cares, I. 28. c.

Naves immani mole, Ptolemaei Philadelphi, V. 203. d. Philopatoris, *lib.* V. *cap.* 37 *ſqq.* Hieronis, *lib.* V. *cap.* 40 *ſqq.*

Naves quaecumque in Piraeeum adpuliſſent, ſuas eſſe opinatus eſt Thraſilaus mente captus, *lib.* XII. *cap.* 81.

Nauſicaa perhibetur inventrix ſaltationis cum pila, I. 14. d. *Nomen eius apud Athenaeum reſtitutum*, I. 16. e. *n.*

Nauſiclides, II. 62. d.

Nauſinicus, perſona in Alexidis fabula Gubernatore, VI. 237. b.

Nauticam artem a Poenis didicerunt Romani, VI. 273. e.

Nautilus piſcis, qui pro polypi ſpecie vulgo habetur, *lib.* VII. *cap.* 105. *Idem* polypus remex, VII. 317. b. In nautilum epigramma Callimachi, *lib.* VII. *cap.* 106.

Nautius, *mendoſa ſcriptura* VI. 274. e. *n. pro* Κόϊντος.

Naxium vinum, Nectari ſimile, I. 30. f. Naxia viris, II. 52. d. Naxiae amygdalae, II. 52. b. - d. Ναξιουργὴς κάνθαρος, *navigii genus* Naxi fabrefactum, XI. 486. e.

Naxiorum reſpublica & tyrannus Lygdamis, VIII. 348. a. - c.

Neaera meretrix, XIII. 587. e. Varii eius amatores, XIII. 593. f. Eiusdem filia Strymbele, dein Phano cognominata, 594. a.

Neapolis. ὁ ἐν Νεαπόλει Τρεβελλιχὸς οἶνος, I. 27. c. Neapoli optimum conficitur unguentum roſaceum, XV. 688. e.

Neapolitanus, Eumachus. (*Ind. Auct.*)

Neceſſitas dulcis ingruens e calicibus, II. 39. e. Neceſſitas lex improviſa, IX. 379. c.

Nectar & ambroſia, victus Deorum, I. 9. e. *Et* nectar *quidem* Homero potus Deorum, II. 39. b. *ſed* Alcmani & Anaxandridae cibus Deorum, I. 39. a. Naxium vinum nectari ſimile, I. 30. f. Nectar quod vocatur, circa Lydiae Olympum paratur ex vino, favis, & floribus, II. 38. f. Nectar & vinum rubra eſſe ait Clearchus, II. 43. f.

Necydallus oritur ex bombylio, VIII. 352. f. *n.*

Neelata, νεήλατα, placentarum genus, XIV. 645. b.

Neilus: *vide* Nillus.

Neitetis, Apriae filia ab Amaſi occiſi, ab eodem Amaſi pro ſua filia in matrimonium mittitur Cambyſi: quae cauſſa belli a Cambyſe adv. Amaſin ſuscepti, XIII. 560. c. d. Alii Neitetin Cyro miſſam ab Amaſi aiunt, Cyroque peperiſſe Cambyſen, *ibid.* e. f.

Neleus, Ariſtotelis libros conſervavit, I. 3. a. *n.* (Nelei *nomen ex corrupta ſcriptura olim legebatur* X. 416. d.)

Nemea, *ſive* Nemeas, Νεμεὰς, pictura allegorica, Dea Nemeorum ludorum praeſes, ludique ipſi Nemeenſes, XII. 534. d.

Nemeas tibicina, meretrix Attica, XIII. 587. c.

Nemeſis in piſcem mutata, dum eam Iupiter urgebat, ad extremum ab eo compreſſa Helenam parit, VIII. 334. c. d. *n.*

Neochabis, Bocchoridis pater, rex Aegypti, frugali victu utebatur, X. 418. e.

Neocorus, virile nomen proprium frequens apud Delios, IV. 173. a.

Neodamodes, ſervorum genus apud Lacedaemonios, VI. 271. f.

Neoptolemus thericleos ligneos deauratos dedicavit in arce Athenienſi, XI. 472. c.

Neptunus προπαῖος, VIII. 333. d. Neptuni inventum cicer, II. 55. b. Neptuni feſtum apud Epheſios, X. 425. c. Neptuno boves mactat Neſtor, I. 9. b. Iovis-Neptuni templum, II. 41. a. *n.* & *Suppl. Animadv. Tom. I. pag.* 504 *ſq.*

Neptuni filius Caucon, X. 412. a. Neptunius, Νεπτούνιος, *ſive* Νηπτούνιος *ſcribi debuerat: ſic vocatur Larenſius, quaſi* Neptuni filius, VI. 224. c. *n.*

Nereides, *tropice, intelliguntur* pulcerrimi piſces, VI. 224. b. *Sic* Νήρεια τέκνα, VIII. 343. b.

Nereus, Deus marinus, I. 6. e. primus invenit cibum ex piſcibus, VII. 295. e. ſenex, algis veſtitus, III. 107. b. *ſed ibi quidem per iocum, de* ſene piſcatore.

A Nereo Hercules accepit Solis phialam, qua in Erytheam navigavit, XI. 469. d.

Nereus Chius, coquus, IX. 379. e.

Neſtor apud Agamemn. carne bovina veſcitur, I. 9. a. Ipſe cum filiis Neptuno boves immolat, I. 9. b. ſaucium Machaonem curat, I. 10. a. d. Apud Telemachum gloriatur ſe multos elegantes poſſidere lectos, I. 17. c. Ad Troiam concubinâ utitur, I. 25. f. Neſtor prudentiſſimus, IV. 181. e. I. 10. a. Melleâ *fuit* eloquentiâ, XV. 665. a.

Vini ſtudioſus Neſtor, *lib.* X. *cap.* 42. Eius poculum deſcripſit poëta, X. 433. c. *Conf. mox, voc.* Neſtoris.

Neſtoris, (Νεστορὶς, ίδος) *poculum Neſtoreum: ſuper eo lata disputatio lib.* XI. *cap.* 76.-85. Neſtoridem ad Homeri praeſcriptum confici curavit Dionyſius Thrax, XI. 489. a. b. Neſtoreum poculum Capuae in Campania, Dianae dicatum, XI. 466. e. 489. b. c.

Nibatiſmus, ſaltationis genus, *neſcio an* Phrygium, XIV. 629. d.

Nicaea, oppidum: unde Nicaeenſis, Νικαεὺς, Rufinus deipnoſophiſta; & Nicias, *de quo vid. Ind. Auct.*

Nicaea *nominabatur* elephas illa foemina, quae mirifico amore complexa eſt infantem, XIII. 606. f.

